

LOCH
NERI
DE PA
PAVERO

A
25
646

Nissen TIBI, 1221.
Pritzel 551 (cita solo la 1^a ediz. del 1713).

0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20

i20626245

Nissen BB1, 1221.

Pitzel, 5551 (cita solo la 1^a ediz. del 1713).

i20626241

BIBLIOTeca HOSPITALIS BICAL
LIBRARIA
Serie
Estante
N.º reg.

A
25
646

MICHAELIS FRIEDERICI LOCHNERI
ARCHIATRI CAESAR.

ΜΗΚΩΝΟΠΑΙΓΝΙΟΝ

SIVE

P A P A V E R

EX OMNI ANTIQVITATE
ERVIVM,

NVMMIS, GEMMIS, STATVIS
ET MARMORIBVS AERI INCISIS
ILLVSTRATVM.

AD

ILLVSTREM ET EXCELLENTISSIMVM VIRVM
GOTHOFREDVM THOMASIVM

DIV. S. R. I. STAT. ARCHIATR. ET REIPUBL.
NORIB. MED. ORDINAR. SENIOR.

EDITIO SECUNDA AVCTIOR

NORIBERGAE
SVMTIBVS AVCTORIS ANNO M DCC XIX.

103 (e) 601
VIRO ILLVSTRI

GODEFRIDO THOMASIO

ΘΑΥΜΑΣΙΩ ΚΑΙ ΠΟΛΥΜΑΘΕСΤΑΤΩ

Tribus.




Vm præteriti Anni Februо mensē
me premebat

*minaci morbus horrifer periculo,
Et sacra inclemens urebat viscera febris;
vix Hercules inarst. astuosius;*

& actum certe de me fuisset , nī T V , ο ΕΙ-
ΛΟΝ ΚΑΡΑ, amicissimis & in arte nostra expertis-
simis, BSCHERERO & VOLKAMERO, in con-
sortium adscitis,in orci faučibus pæne constitutum
indc reduxissetis. Tanta enim morbi erat in-
clementia, tantus exæstuantis sanguinis fervor,
ut omnem generosissimorum alias remediorum
vim eluderet; sicuti vana plerumque solent esse
conamina Medicorum , cum Parca non decrevit
parcere. Maximam tamen inter feralia sympto-

) 2

mata



mata molestiam creabant vigiliæ, cumque undecim jam noctes deliriis semper immersus traduxisse, viresque exinde cum habitu corporis difluere nimium atque dissipari animadvertissem, intentus, placidam augurabar **Analysin.** Tandem, omnibus æstum temperantibus hypnoticisque irritis, *Emulsionem papaveraceam* somnio, extra Æsculapii tamen fanum, monitus, expeto. Accidit certe mihi, quod Cl. Petro Pettito ab assumpto laudano: exhausto quippe primo poculo, non multo post primam noctis vigiliam, somnum paulatim irrepere sentiebam, insolitamque irrequietorum hæc tenus spirituum animalium pacem, cui languor succeedebat non injundus, somni appropinquantis prænuntius. Mox enim eo capiebar, detinebarque ad lucem usque. Sponte tunc evigilans, sic me recreatum fentiebam, ut vix temperarem, quin statim, si vires permisissent, e lecto surgerem, non tristis, ut antea, non impatiens, non in iram pronus, quos mihi morbi intemperies & tædium mores præter morem fecerat; sed placidus, lenis, confidens, societatis appetens. Tibi statim, **VIR XAPIECTATE**, hypocaustum insequentis die introeundi, summa animi alacritate referebam felices pharmaci effectus, & laudes mellei *seminis papaveracei*, non amari tamen opii & opiat-

rum,

rum, canebam; cumque vires amissas penitusque nullas relegere necesse esset, lectulo affixus, exhilarandi animi causa, librum e penu mea librorum modica promere jussi, ut is lectus mihi fieret *σάματος καὶ φυξις ιατρεῖον*. Factum inde est, ut grato in *papaveris germen* animo firmiter decreverim, hanc plantam, tanquam levamentum evanescientis morbi seriarumque curarum, ex omni antiquitate eruderare. Et ex voto certe institutum hoc successisset, si tantum mihi ingenii rei antiquariae intelligendæ, & otii ad hoc studium necessarii, fuisset datum, quantum ardoris est hoc excolendi. Odi enim illos, quos vel insecitia vel invidia totos occupat, qui putant valetudinis curam suscipientibus valedicendum esse, antiquitati & elegantioribus literis, cum potius has indagandi svavitas, vera languentis animæ inter tot Præxeos sollicitudines existat medicatrix; quippe *nescire, quid, antequam natus sis, acciderit, id est semper esse puerum*, ut inquit Cicero. Placuit enim omnino illud Danorum Æsculapii, Excell. Bartholini: *Cum purus putus Medicus dicatur vulgo purus Asinus, subcesivas horas, quas alii ludicris impendunt amoribus, intempestivis cempotationibus, aleis, ornatui, dedicare fas est amoenis Philologorum & antiquariorum studiis, quibus se Medicus gratiosum & politum reddit.* His igitur delitiis literariis valetudinis asperitatem, & accrescentis rursus Præxeostædia, de-

Iini re conatus sum, judicii viribus nimium adhuc debilitatis, & vix poti aliquot menses restitutis. Crevit igitur hæc papaveris e veterum scriptis racematio inter querulæ ægritudinis lamenta, ægrorumque querelas, indivulso Clinices comites,

*γνωστειν δὲ οἷας τὸ καλός ιπταν ἐστιν,
προτερεὶς ὅτα πρέπει γνῶναι.*

puto autem ego bene Te nosse, Medicus cum sis.

Hinc nemini mirum videbitur, debitum huic opusculo deesse nitorem, & aptam in scribendo concinnitatem, deesse proponendarum rerum ordinem & selectum, deesse denique acumen, quod malevadae judicandi cacoëthes rigidorum seculi hujus dictatorum efflagitat. Lusimus enim his, ceu pueri olim nucibus & crepundiis, ad fallenda morbi & laboris iterum ingravescens faustia, ut Meconopægnion hoc in ægritudinis & occupationis practicæ yicissitudine positum otium sit. Evidem incomitus hic & minime ex-politus fœtus ingenioli, (quod debile esse non im-merito conquerimur) nobis concinnatus est pri-mum, nos risque tantum Musis, nec censuræ pu-blicæ subiectus fuisset, nisi Amicorum quorundam sollicitæ efflagitationes accessissent, quibus deesse indecorum credebam. Coaccedit & hoc, quod TIBI, Amicorum exoptatissimo, cui vitam toties debo, Schediasma hoc, ceu Æsculapio victimam, desti-

destinarim: cum præfixo nomine Tuo, omnibus, qui Musas amant, venerando, ceu Palladis Ægide munitum credam contra illos, qui sese æstimant

*περὶ πάντων ἔμμεναι ἀλλαν
γνωτεῖς ὅτα πρέπει γνῶναι.*

Quod si TIBI, *ἀνδρὶ ἐν ἴσογῇ βιβλιοντάτῳ* (quo Varronem elogio mactat Plutarchus) immaturus partus hic, cujus Tibi optime nota conceptio, non displicuerit, *εὐδίαια* censorum *σώματα* non moror, oblatran-tes catulos instare qui generosi *πατοχατίσῃ* non di-gnatus, hoc solo contentus, si Martialis illud mereri possem.

Sunt mala, sunt quædam mediocria, sunt bona plura.

Cumque in animum induxerim, jucunda hæc se-riis interponere curis, ab iis, quæ Artis nostræ sunt, abstinui. Hinc *papaveris species*, stru-tura plantæ, examen partium, efficacia viresque, plane intactæ, ne post Homerum Iliada scribere, vel Magni Wedelii Opiologiæ, ceu purpuræ laciniæ affluere videar. De stylo quoq; hoc monendum duxi, omnia tanta celeritate in chartam conjecta fuisse, ut tem-poris penuria præpeditus posteriores huc conferre cogitationes haud potuerim, indeque conti-gisse, ut cito scribendo non bene seripserim, ceu Fabius loqui amat; neque verborum pondera examinavi; sed protinus se offerentibus usus, minus conformem ad antiquitatis & Fullianæ dictio-nis

ditionis fontes dictionem exhibeo; mihi enim jam pridem (ut claudam cum festivissimo Baudio) ab Orbilius ferula nihil periculi est, nec supercilium pædagogorum magnopere formido. Ignoscet mihi genius Prisciani, qui jamdudum placida pace compositus quiescit, si interdum in scripto hoc occurrent voces locutionesque, quæ sacrum quandam horrorem incutere potuissent Populo Romano Quiritium, & quas lustralibus fœtruis expiari oportuisset, si exauditæ olim essent non dicam cinctutis Cethegis, sed feracissimo virtutum ævo Cæsaris Augusti, qua tempestate floruerunt pæclarissima scriptorum ingenia. Ut in cæteris rebus, sic in hoc genere vitiosa & odiosa est omnis affectatio. Accipe ergo, O! ET DELITIVM ET DVLCE DECVS MEVM, levidense hoc opusculum, non doni, sed animi æstimatione metiendum jocis innoxiiis, ad seria tamen ducentibus veniam impertire, Tui amantem redamare perge, utque ægris possis vivere, vive vale.

T. T.

Periander.

Notam



N

Otam omnibus plantam producimus,
incognitam nemini, quam omnis fer-
me fert tellus, nullus respuit ager;
doctis celebratam, indoctis laudatam,
hodie quidem ex hortis non exulan-
tem, ast ab antiquitate olim Diis af-
fertam, & optimis quibuscumque plan-
tis prælatam. Mortalitatis hujus sedes,
quam mundum vocamus, ejusque par-
tes singulae veteribus cognitæ, cultrices
extitere papaveris, & ternamque plantæ conciliarunt famam, ut pla-
ne supervacanea de ejusdem apud veteres PATRIA sit quæstio; cum
autem regiones urbesque olim certaverint, ubi felicius germina-
rent provenirentque papavera, ubi lacrymam funderent gene-
rosiorem, factum est, ut de regionis urbisque nomine, nomen
Papaveri sit tributum.

Africa novarum rerum ferax credita vetustati, Papaveris quo-
que feracissima, in primis littora, quæ lambunt divitis ostia Nili.
Et si ex Plinii effato, gloria herbarum Ægypto tribuenda; haud
exiguam certe e Papaveris cultura merebatur: hec enim planta
cum elicto inde succo, proventus huic regioni, quæstusque pe-
perit haud contemnendos. Quin & hodie adhuc magna pul-
lulare papaver ubertate in Ægypto, testis est Cl. Wanslebius, qui
ceu Homericus Vlys̄s πολλῶν ἀνθεπτῶν ἵδεν ἄρτα, καὶ νέον ἔγειρε.
Relat. dell. Egypt. p. 3. c. 6. p. 61. ut hinc Bontius opium selecissi-
mum


A


mum Misri, (vox vero *Misri* Ægyptum denotat,) ab Indis orientalibus vocari tradat, Hist. Natur. & Medic. L. 2. c. 4. p. 20. Hecatompolis opus Osiridis & Isis, sub Thebarum nomine notior urbs, Thebaidos provinciae caput, lacrymæ papaveris opii Thebaici cognomen contulit, quod a Pergameno nostro, l. 1. de Antidot. scribente: ēn τῶν θησαυρῶν τῶν Αἰγυπτίων ἔτις ἵκεπεται, ἐστιν, ut omnium potentissimum laudibus extollitur, & hodie per orbem universum de principatu certat. Diospolis hæc urbs postea dicta, Diosopolitanas aluit mulieres, quæ ex mente Excell. Borrichii de Hermet. Ægypt. & Chem. Sap. cap. 4. p.m. 129 fortasse longa experientia edocte, rectius etiam temperare didicerant hodiernis Pharmacopeis. Hinc concinne cecinit Charafus:

*Mittitur Thebis opium subalbum,
Sole quo summo generat Papaver
optimum, stillans capitii virentia
vulnere facta.*

Cl. Prosp. Alpinus de Med. Ægypt. l. 4. c. 11: p. 121. b. Edit. Venet: refert, hodie adhuc e locis Sajeth, olim Thebis (nunc ex Cl. Herbelotii Bibl. Oriental. *Abutique*) dicta urbe hunc deferri papaveris succum: ibi etenim copiosissime luxuriat, ceterisque omnibus facultate præstatur. Plura & forte specialiora de papaveri Ægyptio & Thebano haberemus, si Medici cujusdam, olim Sultani in Ægypto imperantis mandato confectum opus Botanicum, (cujus Prosper Alpinus Libr. 4. c. 8. p. 133. meminit,) quo omnes Ægypti, Æthiopiae Arabiaeque locorum stirpes est complexus, Latio donatum, lucique expositum esset publicæ. Vberima papaveris seges ansam Ægypti dedit, ut sacris quoque usibus definarent plantam. Disertius hic prædicanda foret sacerdotis Isiaci per papaver inaugratio, item sceptrum Isis papaveraceum in Ramessensi Obelisco obvium, mensa Isiaca aliaque: sed cum hac, ubi de Iside nobis sermo, adducenda, metu tædiosa repetitionis, hic omittuntur. De Canopo saltem, inter divos

Ægyptios





Ægyptios relato, hoc referemus, in ejus tanquam Ignis vitoriis simulacro apud laboriosissimum Boissardum depicto, & Lectoris oculis exhibito, & eo quidem Canopi capite, pedibus manibusque perexiguis, attracto collo & quasi fugillato, ventre tumido in modum hydriæ, cum dorso æqualiter tereti, ante & retro characteribus Ægyptis hieroglyphicis repleto, (sic a Ruffino Aquilei. Histor. Eccles. l. 2. c. 26. delineatur,) sceptrum quoque papaveraceum, solaque papaveris capita repertu dari. Claudit Canopi latus sacerdos Ægyptius, cum mensa Iзиaca, papavere forte fecunda.

Ægyptio Papaveri aliud Africanum jungimus, Libycum nempe, quippe & Ægyptus & Libya ob fertilitatem & arva beatâ, cuius symbola spicas cum papavere, Romæ orbis Dominâ furent horrea, teste Claudiano:

*Tot mibi pro meritis Libyam Nilumque dedere,
Vt dominam plebem, bellatoremque senatum
Clasibus astivis alerent, geminoque vicissim
littore diversi complerent horrea venti:
& in Laudibus Serenæ :*

*Varios aptantur in usus
Imperii Phariae segetes & Punica Messis.*
Imprimis de Punico papavere testatur nummus Diocletiani cum Genio Carthaginis apud Illustr. Tristianum, (qui ex Spanheimiano elogio, operosiori, quam hactenus factum fuerat, apparatu, & singulari diligentia, industria & solertia laude plures & præclaros utique Romanorum Cæsarum & Augustorum numeros protulit, & Græcos quidem plurimos, amplisque & eruditis commentationibus lingua vernacula explanavit,) Comment. historiq. Tom. III. dextra papavera tria, sinistra dactylos ostendente ob copiam palmarum Africanarum & ortum a Phœnicie, adjuncta inscriptione: *SALVIS AVGG. ET CÆS. FELIX KARTHAGO.* Eadem plane Genii figura & inscriptio inter nummos Constantini apud eundem Cl. Tristianum p. 535. obvia, Fig. 1. & 2.

Tab. I.
Fig. 1.

Tab. II.
Fig. 2.

ESTAD DE GRAN
Hospita

Comparet quoque Didoniae urbis genius in nummo Alexandri Phrygis apud Excell. Patin. in Numism. Imperatorum Roman. ex ære med. & minim. form. pag. m. 454. habitu pacifico, spicas tenens & papavera, addita inscriptione, **INVICTA ROMA FELIX KARTHAGO P. K.** Junguntur hæ urbium Reginæ in plurimis nummis; *Carthago quippe Romæ quondam adversaria, in Africano orbe quasi Roma erat*, ut Salvianus de Gubernat. Dei Libr. VII. loquitur. *Felicitis epitheton illustrat locus Martiani Capella* Libr. 6. *Carthago inclyta pridem armis, nunc felicitate reverenda*: & in fine ultimi libri beatam nominat: *Beata alumnum urbs Elisa quem uidet*. Literæ P.C. designant nummum Carthaginæ percussum. Superiorum temporum Principibus addit s^ur*o*s u*n*d*o* i*de*ca*u*ra*u* nummarii studii, illu*str*. Seguinus, in Select. Numism. p.m. 52. Regem inferioris ævi, Hildericum Vandalum, in cuius nummo argenteo, denario paulo minore, caput imberbe diaadematum, cum inscriptione: *D. N. HILDERIX REX*; in aversa visatur figura muliebris stans, utraque manu segetes protendens, cum inscriptione: *FELIX KART.* Innuimus jam secundæ Punice telluris gratiam, spicis papaveribusque indigitari; quibus hoc addimus, Cererem & Proserpinam, (etenim & his deabus papaver sacrum) a Carthaginiensibus fuisse cultas, quippe quarum statuas in templo Elise, in medio urbis erecto, collocat Silius Italicus:

Ordine centum

stant are, cælique Deis Ereboque potenti.

Hic crine effuso, atque Enneæ numina di uæ.


Cum præterea Carthaginienses & Poeni a Plauto puliphagones dicti fuerint in Poen. prologo:

Latine Plautius Patruus Pultiphagonides;
puls vero secundum Catonem, qui ejus faciende rationem do-
cet, sorbitio e Cerealibus in liquamentum solutis coctura ge-
nus, & papaver locum inter Cerealia haud infimum obtineat;
Ex cui mirum videatur, cognata hæc jungi?

Tab. II.
Fig. 3.

Tab. II.
Fig. 4.

Tab. II. p. 4




Ex Africa in Asiam trajicienentes , videmus hujus incolas præ ceteris excolendo papaveri incubuisse , provinciarum imprimis , quas Asia continet minor . Bellonius testimonium dat , hodie non adhuc die , in Cilicia , Phrygia , Bithynia , Paphlagonia , Cappadocia reliquaque , papaver abundare : ha enim regiones omnes , integris jugeribus inter incolas divisis , largissimo proventu illud promunt & exhibent , ex quibus quilibet majorem vel minorem colligit copiam , ut mirum nemini videatur , tot regionum harum urbiumque nummos , e cana superstites antiquitate , papavere noratos esse , hocque nobili , quo natura agros ditavit , dono superbire . Ut dictis his eo facilius apud Lectores fidem conciliem , eorum nonnullos oculis subjiciam , cum omnes dissertationis fines vix capiant , & quidem Alphabetico ordine :

Primam nomino *Æmonensium* in Phrygia urbem , quam inter Phrygiæ majores locat Ptolemæus Geograph . Lib . V . c . 2 . Ciceroni quoque orat . pro L . Flacco memoratam . Hujus civitatis numerus exstat sub Serotimo Capitone & Julia Severa in honorem Augustæ Agrippinæ minoris cufus , in quo caput Agrippinæ , ante quod duas spicæ inter medio papavere ; quo de nummo , inter nummos Cereris novæ imagine cufos , & de Pace sub Cereris imagine depicta .

Tab . XX .

Antiochenorum Syriæ conterminæ urbis plures apud Autores obvii , in quibus , uti passim in aliis Asia minoris urbibus , mulier turrita sedens in rupibus , dextra extensa spicas gerens , pro pedibus fluvius , in vertice aries . Exhibitum amicus quidam integerrimus urbis hujus , nummum ab Antiochenis Elagabalo ceu grata mentis tesseram cufum , quod teste Dionis illos pro Macrino stantes , ipso devicto , a militum direptione pecunia sua vindicaverit . In hoc , uti in Tab . III . reliquis , urbis genius figura muliebri , turribus ornata , (est Fig . 1 . enim provinciarum Metropolis , citato jam Dionis in Hadriano



scribente, ἐν τῇ μητρόπολει συγίας Αντιοχείᾳ, Antiochia, quæ urbs est Metropolis Syriæ; rupibus insidet, ad situm denotandum, in clivo Silpii montis, ut tradit Eustath. comm. ad Dionys. de sit. Orb. Pro pedibus fluvius est Orontes, de quo Dionysius v. 919. 920.

Τῆς δὲ πόλεως αὐτοῦ οὐνόματα γένεται οὐδέποτε Ασπετος, Αντιοχοιο μάτην διὰ γάιαν οἰκέσσων.


*Ab hac autem ad orientem delabitur liquidus Orontes
vastus, Antiochi mediam regionem perfecans.*

Spicas gerit & papaver, ad arguendam soli fertilitatem & abundantiam, ut vere scripsérit de ea urbe Ammianus: Antiochia mundo cognita civitas, cui non certaverit alia adventitiis ita affluere copiis & internis. Literæ S.C. facultatem Monera Antiochenis a Senatu concessam innuunt. Δ. E. vero Δημαρχονήν εξεστιν. Tribunitiam potestatem Cl. Valentius in Numm. Colon, interpretatur, Eruditiss. Patinum arguens, qui literas has Δ. E. ad annorum numerum significandum positas, perperam existimarat. Aries in capite Genii Antiochenorum exhibebatur, ad indicandum illos anni principium inchoare a *Nisan*, i.e. verno tempore, ad æquinoctium, cum sol signum Arietis ingreditur.

ΑΡΓΙΛΩΝ sive Argivorum Asiae vicinorum vetustissimæ & nobilissimæ Achaja urbis, Patriæ Junonis, (exinde Ηγεία in nummis & Inscriptionibus dictæ,) nummus exstat e gazophylacio III. Sabbatii apud Eruditiss. Valenteum de Nummis Græcis, in quo caput Imperatoris Lucii Veri, in aversa parte, mulier tunicata stans, ambabus erectis spicas & papavera monstrans. Lucem hic nummus præbet Aetio Amideno, Asianum modo, modo Achaicum papaveris succum, commendanti.

Cesarienfum urbs Cappadocia Metropolis, prius Mazaca dicta, sed post Regem Archelaum defunctum, ita a Tiberio appellata, Provinciæ caput, tandem ab Hadriano Metropoleos dignitate, in nova provinciarum ab illo facta constitutione, donata vide-

Tab. III. p. 6.



videtur. Hinc a Solino mater urbium Cappadociae nominatur. Nummus urbis hujus conspicitur, in quo monti Ar-
Tab. III.
Fig. 33.
 geo insidet mulier velata, capite turrito, dextra tenens spicas & papavera, pedem imponens hominis capitum ex aquis assurgentem. Vid. Cl. Valent. Append. ad Num. Græc. Tab. 5. Cum enim, Strabone teste, Argæi montis vertex nunquam privetur nive, vel, ut Solinus loco jam cit. effert: *Argæus nivalibus jugis arduus ne astivo quidem pruinis careat*; haud absolum erit statuere, radices montis rivis & fluentis haud destitui. Forassem per caput hominis ex aqua assurgentis, fluvius Cappadociae Halys denotatur, cuius meminit Claudianus in Ruffin. L. 2.

*Cappadocum volucrumque parens Argæus equorum:
 Jam rubet altus Halys.*

Forte etiam calatho cum spicis in nummis Plautillæ, a Cæsariensibus Cappadociæ cisis, papaver inest. Occurrit apud Purpuratorum Patrum doctissimum Eminent. Card. Noristum in Epoch. Syr. Maced. diss. secund. p. m. 144. nummus Commodi, a Cæsariensibus Germanicensibus cisis, in cuius aversa parte mulier turrita, monticulos insidens, medio subtus homine ex aqua emergente, dextra extensa florem proferens: nec absurdum quid dixerit, qui papaver pronuntiaverit spicis immixtum.

Cyzicenorum civitas Bithynia in Propontide, a Cyzico Rege nomen gerit, qui ab Argonautis & Jasone per imprudentiam interfactus, exorto tumultu; ob fertilissimum solum celeberrima: hinc Valerius Flaccus in Argonaut. libr. 2. canit:

*Nec procul ad tenuis surgit confinia Ponti
 urbs placidis demissa jugis, Rex diuitis agri
 Cyzicus.*

& Propert. l. 3:

*Cyzicon Hemonia nobile gentis opus.
 Hæc urbs, teste Appiano in Mithridatic. a Jove in dotem Proserpinæ*

Tab. XV.

Serpina data credebatur, quamque ideo Cyziceni præ omnibus venerabantur numinibus: nec satis constat, an templum illud augustinissimum, cuius columnæ IV. ulnarum crastitudine, L. altitudine, singula singulis constabant lapidibus, huic solum Deæ fuerit dedicatum. Proserpinæ certe cultus e nummis eluet maxime. Sic nummus Severi, cum tæda Cereris & Proserpinæ, cui serpens involutus, in vertice cum spicis & papavere apud Cl. Valentium de Numm. Græc. 2. Proserpinæ quoque caput spicis & papaveribus coronatum exhibebant Cyziceni; de quibus nummis plura, ubi de Proserpina. Cæterum urbs hæc Cyzicus, quæ in tantam olim excrevit potentiam, ut magnitudine & ornatu, cum primis Asiae fuerit comparata, arce, moenibus, portu turribusque marmoreis superbiens, Asiaticæ plagæ littora illustrans, tribus armamentariis inclyta, ut armis, instrumentis, frumento instructa semper esset, sub Antonio una cum templo terramotu concidit, ut urbis celeberrimæ vix illa manserint vestigia, & nisi Propontidem nossemus, locum ignoraremus, ut Cl. Grammaye in Asia, sive Historia Asiaticarum Gentium p. m. 567. scribit.

Tab. III.
Fig. 4.

Eleitarum in Ælide urbs, Pergamenorum navale, quæ Cidaenæ vocabatur a Menestheo condita, quæ Stephanus e Strabonis libr. 13. defensus videtur. Pro Magistratibus Prætores habuisse hanc urbem, nummi declarant; e quibus Hadriani nummus hoc spectat, in cuius parte una caput Augusti, in altera papaver inter quatuor spicas, apud Cl. Valent. de Num. Græc. nec aberraverit, si quis crederet, in alio Hadriani nummo ab Elizæ cuso, in quo canistrum spicis & frugibus plenum, illud papavere non destitui, forte & in nummo Sabinæ conjugis Hadriani, in quo mulier medio corpore, utraque manu spicas tenens, papaver reperiundum, si accurate inspiciat.

Ephesiorum urbs, secundum Herodotum Lydiae, secundum Strabonem vero Joniæ, in basi marmorea Colossi, Tiberio Cæsari ob civitates

civitates Asiae restitutas post horrendos terræ tremores errecti & ab Excell. Laur. Theod. Gronovio notis illustrati, hominem tutulatum, dextra spicas & papavera tenentem, exhibet cum Diana Ephesia pone illum: de quo plura, ubi de Diana Ephesia.

Eumenenium Flavienium in Lydia urbs, cui a Flavio Vespasiano nomen inditum, qui Ciliciam, Lydiam finitimasque regiones in provinciæ formam rededit, teste Tranquillo in ejus vit. cap. 8. nummum signavit in honorem Otaciliae Severæ, in qua Fortuna stans, dextra spicas & papavera cum temone, sinistra cornucopia tenens, quem nummum invenies, ubi de novis Tab. VII. Cereribus nobis sermo. De Maconibus populis, antequam Fig. 10. hanc Lydiae urbem mittamus, annotandum duxi, in Chronico Eusebii a magno Salmasio edito, & ab Excell. Schurzfleischio nuper correct. p. 12. inter populos a Chamo ortos, semel iterumque Mæcones, nominari, pro quo vocabulo Salmasius scribendum censem Mæcones & recte quidem, cum apud Malalam p. 15. Chronogr. inter Chami terras Lydia, que eadem est ac Mœconia, recenseatur; licet ob divitem papaveris proventum Maconia vel Meconia quoque dici mereatur.

Gabalenium urbis Syriae, vel secundum Stephanum Phoenicie nummum, cum Cybeles imagine sedente dextraque spicas cum papavere intermedio tenente, producemus ubi, de Magna Deum Matre: nec enim nummum hunc ad Lydiae Gabalam attinere Tab. XIII. credarem. Fig. 1.

Heracleenium in Ponto, (ad differentiam ejusdem nominis urbium in Thracia, Macedonia, Thessalia & Caria,) nummus, Bonum Eventum exhibet, papavera spicasque tenentem, de quo Tab. XX. suo loco mentio injicietur.

Jerapolitanorum Ciliciæ nummus exstat, quem pristinum nummarii studii oraculum, Cl. Tristaous, Augusto, diligenterissimus autem Patinus Sacro Senatui vindicat, ex inscriptione: ιεραπολιτανος, & vultum genii Senatus esse credit; sed cum de hoc

Tab. III. nummo, ubi de papaveraceis vestibus nobis plura dicenda, tantum iconismum exhibemus ejus.
Fig. 5.

Tab. III. nummo, ubi de papaveraceis vestibus nobis plura dicenda, tantum iconismum exhibemus ejus.
Fig. 6.

Julopolitanorum urbis Bithyniae in Phrygiae confinio numeri nunc succedant. Fluvius Scopas ex Ormii montis radicibus ortum trahens, & per campos labens Juliopoleos, urbis moenia alluit, dein in Sagarim se exonerat, ideo sub muliebri schemate depingitur in nummo Septimi Geræ, dextra spicas & papavera, sinistra urnæ ad radices montis positæ innixa, arundinem tenet apud Helvetiorum in studio nummario eruditissimum Morellum, Specim. rei Nummar. p. 185. qui duas fuisse Juliopoleos nomine urbes, alteram in Phrygia, in Bithynia alteram, clare demonstrat. Doctissimus L. Holsten. Not. & Castig. in Steph. Byzant. de Vrbib. p. m. 86. Juliopolin quoque in Lydia profert, e pago Gordio a Cleone, latronum duce isthinc oriundo, in opidum sub Juliopoleos nomine exstructam.

Magniτων in Asia urbis nummus, Cererem stantem exhibet, dextra spicas, sinistra tædam tenentem, ad pedes papaver appetat, cum inscriptione: ΜΑΓΝΗΤΩΝ. Ex altera parte fere monstrant capita Hadriani & Sabinae adversa, cum inscriptione: ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΣΕΒΑΤΩΝ ΚΑΒΕΙΝΑΝ ΣΕΒΑΤΗΝ. Cum autem duas fuerint Magnesiæ, una ad Syplum montem, altera ad Mæandrum fluvium, quæ ΝΕΩΚΟΡΟC ΑΡΤΕΜΙΔΟC dicitur, hæremus dubii, cui adscribi debeat nummus. Plurima de Magnesiis colligit V. C. Laur. Theod. Gronov. Notis in Basin marmoream Colosse Tiberii.

Mōza in Arabia Petræa; quam regionem Dionysius Syriae accentet, Stephanus autem tertiam Palæstinam nominat: πόλις τὴν τῆς τερτίας παλαιστίνης. Palæstinam vero Syriae partem habitam, ostendit Nobiliss. Hill. in Dionys. Perieg. p. 315. Vocatur in nummo hoc spectante MOKA IEPA ACTAOC ATTONOMOΣ. *Fig. 7.* *Moca Sacra in violabilis, suis legibus utens, & exhibet oculis mulierem succinctam, stantem, dextra spicas & papaver, sinistra cornu-*

cornucopiæ tenentem; in aversa parte est caput Septimi Severi. Putat Bellonius hanc urbem eandem esse, quæ hodie appellatur *Mecha*, Mahometis impostoris omnium sceleratissimi superbiens sepulchro; sed toto aberrat celo; Mecha enim est in Arabia felici, Petra sive Moka in Arabia Petræa, ubi eam quoque reposuit Prolemaeus. Vid. literis politissimus Pinedo, gente Lusitanus, religione Apella, Not. in Steph. Byzantin.

Nicæenium in Bithynia nummus Neronis apud Excell. Valentem de Numm. Græc. in quo ara, capricornus (abundantæ & fertilitatis symbolum, ut fusius probat μέγα θάνατον Illustris Spanheim. de Vsu & præstant. Nummis. Edit. noviss. p. 170.) cornucopiæ, globus, papaver & fascia, cum inscriptione: ΕΠΙ ΑΤΤΙΟΥ ΛΑΚΩΝΟΣ ΑΝΘΥΗΑΤΟΥ ΝΕΙΚΑΙΕΩΝ. *Sub Attio Lacone proconsule Nicæenium.* Alius quoque Plautilla nummus obvius, in cuius parte aversa Ceres velato capite stans, dextra spicas & papaver, sinistra tædam tenet, cum inscriptione: ΝΙΚΑΙΕΩΝ, ubi notandum Nicæenes in quibusdam nummis usque ad Vespasianum, Proconsulum provinciæ nomina posuisse, ut supra e Neronis nummo eluet; postea nullos amplius magistratus in nummis expressisse. Hæc urbs imprimis coluit Cererem, ut ex plurimis nummis probat οπίστην Illustr. Spanheim. l. c. p. 636. in cuius mortem Reipubl. literariae admodum luctuosam, hos applicamus versus, quos in eruditum Italum fudit Carolus Datus:

Constanset publica causâ dolendi,

In quo multa simul fata sepulta jacent:
Præsidio viduata suo jacet orba vetustas,

Ipsa recens etas, ipsa futura simul.

Æternis causam lacrymis dedit ille peremptus,
omne ævum in cuius funere stiere datur.

Nicomediensem in Bithynia urbs Metropolis, ad quam dignitatem SCto evecta videtur sub Claudio Imperatore,


ut illius nummi indicant, in quibus haec dignitas inscribitur, quæ in Tiberio non occurrit. Hadrianus ipsi Neocoriam concessit, quem ideo ΘΕΟΝ ΟΑΤΜΙΤΙΟΝ in nummis vocavit. Commodus ei secundam Neocoriam tribuit; unde illi templo dedicavit, & certamina in illius honorem decrevit, ut Xiphilinus testatur. Tertiam sub Valeriano Neocoriam obtinuit. Cereris in hac urbe cultus maxime viguit; hinc a Libano Cereris urbs vocatur, id quod fuse probat toties citat. Illustriss. Spanheim de Vs. & præstant. numism. & πολυμετέστως Beger. Thes. Brandeb. volum. 3. p. 140. Nummus hoc collineans Faustinae Junioris est, in quo imago Augustæ, in aversa parte ræda ardens, cui serpens involutus, ex ea spica & papaver, apud Nobil. Valentem de Numm. Græc. p. 61.

Philippopolitanorum Thracicæ provinciæ urbs, inter Hænum sive Aemum & Rhodopen, si divisioni ejus ab Hadriano in sex dioeceses factæ, credendum, illi Hæmimontii contulit nomen. Eumolpias prius dicta, a Philippo Alexandri M. Patre instaurata, denominationem Philippi obtinuit. Sic Lucanus libr. 6:

*Qua juga de vexus Pharsalica porrigit Aemus,
Romanas acies iterum videre Philippi.*

Lucem dat nummus apud Golzium stupendi operis Nummarii auctorem solertissimum, (non Belgam, ut a multis habitus, quod in ea gente Patronos ac Mæcenates nascuntur, collectiones ibidem suas antiquarias divulgavit, sed Germanus, sed Francus orientalis, popularis noster, ac, uti ab Antonio August. etiam dicitur, Heribopolitanus, e Spanh. testimonio,) & quidem e Grac. Tab. 25. & in Cl. Nonn. Comm. p. 140. in quo Philipp. Amyntæ filius diadematè ornatus, ab altera parte spicæ cum papaveris capite.

In



In nummo Septimii Severi Philippopolitanis cuso, præfide Tiberio Barbaro, mulier velata patro more comparet, insistens rupibus dextra, sinistra spicas porrigit & papaver. Idem nummus, nisi quod mulier turrita & velata, ab eodem præfide Philippopolitanorum cuso in honorem Juliae Domnae: claro indicio, hoc factum esse in memoriam, quod Imperator Severus ad Metropoleos dignitatem evexerit urbem, quem titulum primitus in Augusti hujus nummis expressit. Mons igitur, cui urbis genius insider, Aemus vel Hæmus; spicas & papaver divites Aemimontij campos indicat, a Virgilio latoꝝ dictos, Georg. libr. 3:

*Nec fuit indignum superis, bis sanguine nostro,
Aemathigam, & latas Aemis pingueſcere campos.*

ubi plures codices latos legunt. Hanc postea urbem, cum Caracalla contra Parthos bellum per provincias pararet, Alexandri Magni æmulator, Macedoniam lustrans ex ejus populis phalangem comparavit, in qua erant hominum sedecim millia;

ceu Dio testatur; deinde urbem Philippopolin ingressus, illam declaravit Neocoram, ipsaque hinc edidit certamina Alexandria in illius gratiam nomine totius provinciae. Occasione Philippopoleos, Macedonumque Regis, Philippi, jingo numrum Pyrrhi, Macedoniae & Epiri Regis, apud Cl. Golz. l.c. obvium, in cuius una parte Minerva armata, ab altera vero Ceres capite spicis ornato, infra papaver.

Tab. III.

Fig. 8.

Prienenium nummus in Jonia, sub Archonte Julio Saturnino cusus in honorem Valeriani Senioris, in cuius aversa parte mulier succincta stans, dextra spicas cum papavere, laeva tædam porrigit, ad pedes autem modius, quæ omnia ubertatis signa; hinc Dionys. orb. descript. εὐρυχόροο πελένης meminit ob spatiuos campos circa hanc urbem, fertilitatemque ac commoditatem ad Panonia celebranda ab omnibus Jonibus electam.

Tab. III.

Fig. 9.

Prymnæfforum urbem in Phrygiam majorem collocat Proklemæus libr. v. c. 2. & Pausan. l. v. Stephanus vero Byzant. Cartæ annumerat & Prymnæfiam vocat. Vrbis hujus nummus mulierem tutulatam stantem exhibit, quæ sinistra elata spicas & papaver ministrat. Hunc nummum in honorem Septimii Getæ a Prymnæfis cusum & inscriptum: πρυμνεστέων, (quod Cl. Luc. Holsten. Not. in Steph. Byzant. formatum videtur ex πρυμνεστώς) operi de Nummis Grac. inferuit Cl. Valentius p. 119. ex Focaulti, supplicum libellorum magistri, ac regi Rei Judiciariæ in inferiori Neustria Praefecti, gazophylacio omni cimeliorum genere instructissimo, ac e multis id genus gazis locupletato, uni in Gallia Regio inferiori, præcipuis autem in Europa Cimeliarchis merito comparando; illustr. Spanheim teste.

Sardianorum in Lydia urbs, Regia Lydorum Regum, imprimis Hylattis & Croesi. Antiquitate & majestate olim post Babylonem nullis in Asia urbibus cedens, sic sentiente Xenophon-

te in Cyropæd. Libr. VII. qui Πόλιν πλειστατην ἐν τῇ Ασίᾳ μεταβαθυτῶν, urbem totius Asie post Babylonem opulentissimam nominat. Et licet terræ motu cum aliis Asie urbibus pessundata fere fuerit sub Tiberio, nihilominus sub Gordiano Pio Metropoleos Græcia dignitatem adepta, a Floro jam altera Roma dicta, quæ nunc pro dolor! nūl nisi ruderum cadavera & vileniculum ostendit. Triste erat spectaculum, (scribit Excell. Th. Smith), qui in Asiaticæ sua Αποδημίᾳ coram oculis conspexit) nec tantæ urbis ruinis illacrymari puduit. Sardes in Sardibus quærebamus: viculus enim hodie ignobilis est, aedes angustæ & humiles sine splendore, sine ornatu, ad congeriem casularum redacta est Lydiæ urbs primaria, & sedes Metropolitica destituitur Ecclesiola. Plures nummi Sardianorum existant; Gordiani nempe tertii cum Tranquillina conjugis effigie, sub Proserpina sche-

Tab. XV.

mate,Juliae Domnae, aliquique papaver ostendentes: sed cum de his nummis, ubi de Proserpina mentio facienda, agendum, chorda oberrare eadem nolumus.

Sidetorum in Pamphilia urbs, Cumæorum colonia, si Straboni credimus; secundum Steph. Byzant. dicta a Side, filia Mentaui; ubi Pinedo, laus non ultima sabbatariorum prudens ingeniosus & peritus, in Not. in hunc autorem pro Μετανέον legendum putat πεντάρχη. Hæc enim urbs apud Svidam suo loco, nomen accepit a Side filia Tauri. Splendidissima & illustris appellatur in nummis; unde Neocora facta videtur ab Elagabalo, cum victor, occiso Macrino, e Syria Romam rediret, cuius beneficij memoris Sidetæ Certamina Olympia anno illo celebranda Oecumenica in ejus pronuntiavere honorem. Ab his ipsis Sidetis cusus nummus in honorem Sall. Barb. Orbi-

Tab. III.

anæ, Alexandri Severi conjugis, in quo caput Augustæ Fig. 10.

cum inscript. ΓΝ.ΕΡ. ΣΑΛΛ. ΒΑΡΒ. ΟΡΒΙΑΝΑ ΖΕΒ: in altera nummi parte mulier turrita insidens scopolis, quibus sinistra innitur; dextra spicas & papaver promens, ad pedes fluvius emer-

gens cum inscript. ΣΙΔΗΤΩΝ; fuit quippe Side urbs maritima cum portu, id quod Scylax testatur, & ante illum Livius l. 35. c. 38. ubi oppidanos hos Sideras, inter illas celebrat gentes, quas nullae unquam nec arte nec virtute navalii æquassent. Hinc Constant. Porphyrog. de Them. libr. 1. Th. 14. p. 43. Edit Meursian, eam vocat τὸ τῶν πειρατῶν ἐγγασῆσαν, Piratarum officinam. Hanc urbem suo condecoravit orru, ex ordine nostro Medico Marcellus, vulgo Empiricus, qui de Arte nostra, imperante M. Antonino, XLII. Libros Carmine Hexametro composuit, teste Suida, qui hodie desiderantur, quippe plane ab illis haec tenus editis diversi.

Tarsenjum in Cilicia binos nummos fusius explicaturi erimus de Magna Deum Matre, papaveribus & spicis exornata, quo B. L. ablegamus, his nummis potissimum ex Asiae minoris provinciis collectis imposturis colophonem.

Nec dubium superest ullum, in reliquis quoque Asiae majoris partibus, cultum fuisse papaver, licet tot veterum monumenta nummorum, sicut in minori haud amplius prostent. Sic in hunc usque diem apud Persas in deliciis papaver, e cuius semine infusionem parant, quam Kokenaer vocant, inebriaminibus aptissimam, adeo ut tot in urbibus Persicis prostent tabernæ, quot potui Caffe sunt dicatae, ceu pluribus hæc memorat Gallicus ille Ulysses, Generos. Du. Chardin in Itiner. Persic. T.II. p. 68. seq. Edit. noviss. qui & hoc adjungit, ab Usbequis, Tartarorum gente Sinensibus vicina, morem in Persiam introductum, ut tabaco immixtum papaveris semen, per fistulos hauriant. A Persis item pro cordiali lacrymam haberi papaveris asserit; hinc Teriac appellant, illosque, qui ex nimio infusionis hujus potu quasi furiis acti, *Teriaki* scoptice nominant, quasi ebrios & bachantes. Denique ex Indiae Orientalis regionibus & olim, & nunc allatum opium norunt omnes, quibus res Medicas nosse datum.

Sed ne Asaticus esse videar, in Europam nostram redux, quam altricem Plinius vocavit victoris omnium gentium populi, longeque terra-





Tab. IV. p. 17.

terrarium pulcherrimam, omnium fertilitate beatissimam, nec hanc apud canam antiquitatem papavere substitutam reperio. Imprimis Sicilia se offert, quam Illustriss. Comes Cæsar Ripa in Iconologia depingit, manibus papaveraceis floribus capitibusque exornatam; nec sine prægnanti ratione, cum insula hæc Sicula, teste Cicerone 6. in Verrem, uti ex antiquissimis Græcorum literis atque monumentis constat, tota Cereri & Liberæ consagrata fuerit, cui consentit Ovidius Fastor. L. 3:

Terra tribus scopulis vagum procurrit in equor,

Trinacris a positiu nomen adepta loci:

Grata domus Cereris, multas ea possidet urbes Ec.

ut nummos Cereris alibi allatos, eosque in Sicilia cūsos, præterea m. Jam vero cum Cereris sit symbolum papaver, exinde factum, ut Sicilia Meconia fuerit cognominata, teste solertiſſimo Bodæo a Stapel comment. in Theophrast. p. 1097. b. Hinc forte apud doctissimum Cluverium, maximum certe gentis nostræ miraculum, in Sicil. Antiqu. l. 2. c. 12. p. 387. pro monte Myconio, Meconius legendus, qui vertex fuit in jugis Pelorisive Neptunii montis, inter Messanam, Pelorum & Nauledum, a sinistra parte fauicum Mylensium. Papavera quoque in Siculorum nummis obvia, ulterioris hæc, quæ protuli, illustrant. E plurimis duos tantum oculis Lectorum subſicio, quos recenset Siculæ gloria gentis, Don Vincenzo Mirabella & Alagona, nelle dichiarazione delle Pianta del antica Siracusa & alcune scelte medaglie d' esse, & de Prencipi, che quelle possedessero. Primus in Tabula XII. num. 30. comparet, cūsus ex auro, quintæ secundum M. rabellam magnitudinis. Ex una parte caput muliebre corona spica redimitum, pone illud papaveris caput: ex altera sive aversa parte, currui bigato insistens, cuius capitii stella, vel stellæ quid simile, imminet. Nec dubitat vir Clarissimus, esse nummum Hieronis secundi, Syracusanorum Tyranni, quamvis effigies ejus cum Cereris sit commutata. Currum, cui biga equorum

Tab. IV.
Fig. 1.

ad cursum concitatorum juncta, denotare credit Palmam & Victoriae, quam Hiero in Ludis Pythiis, & quidem secundum nonnullos, XXIX. obtinuit, in cuius honorem sequeantem fudit Pin-darus odam. 2. Pyth.

Μεγαλοπέδης ὡ Συράς
κόστι, βαθυπολέμου
τέμενος Αγρος &c. &c.

Tab. IV.
Fig. 2.

Alter itidem nummus e Tabula XII. n. 32. desumptus, exhibet caput Pallidis galeatum: pone illam est τὸ πρίσκελον Siculum, infra mentum litera Σ, Syracusam forte denotans urbem, in qua erat, teste Athenaeo Libr. III. p. 109. & Lib. X. p. 415, simulacrum Cere-
ris τιτῆς sive frumentariae, & ἵμαλιδος, Farinæ sive Farinaceæ; in
aversa parte victoria alata, coronam dextra, sinistra palmam
tenens, ex Claudiani descriptione:

*Ipsa duci sacras vitorias panderet alas,
Et palma viridi gaudens, Et amica tropaeis
cūstos Imperii Virgo Et.*

Tab. IV.
Fig. 3.

Victoriæ hanc ambit inscriptio: ΔΙΟΝΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, adjun-
ctio papavere & signo. || K. || Monetarii forte. Hunc Dionysii num-
mum credit Illustriss. Mirabella cūsum in memoriam victoriae,
quam in Syracusanos obtinuit, cujus Diodor. Libr. XIV. memi-
nit. His nummis annectimus plumbeum, partim τὸ πρίσκελον
illustrantem, partim papaver nostrum concernentem. Cum
enim Lycophroni Sicilia audiat τελεῖος, trivertex, Orpheo
ac. Pindaro τσίγλωχε, tricuspis, Martiano Heracleensi τρίπλευ-
gos, trilatera, Nonno τεμαχεος triceps, & τελοβος, tricollis;
Syracusani, qui caput fuere provinciae ac insulae, figura ex
tribus cruribus, τὸ πρίσκελον, tribus promontoriis constantem
Trinacriæ sive Siciliam expresserunt. His cruribus tres aristas,
in unum definites culmum, addiderunt, quibus in num-
mo nostro plumbeo tria capita papaveracea adjuncta, indubia
Siculae fertilitatis symbola. Nec te moveat plumbea moneta,
plumbeos quippe nummos, (quos mercium numero, qua emi-
vendi-

vendique possunt, eximit Vlpianus I. 2. §. 2. D. ad Leg. Corn-
de Falſi) adhuc superesse, in Gracia olim vel in Sicilia cūsum, ac
inter nummos etiam familiarum Romanarum, testem omni
exceptione majorem produco Illustriss. Baronem Spanheimium
Disl. I. de Vf. & Praſt. Numism. p. 46. Edit. Lond. in Fol.

In vicinam Siciliæ Apuliam transfretantes, regna olim im-
perio conjuncta, nunc invidis pro dolor! fatis disjuncta, (haud
absimili modo, ac

*Trinacria quondam
Italiæ pars una fuit, sed pontus Eſtus
Mutavere situm; rupit confinia Nereus
Vidor, Eſt abſcissos interluit aquore montes,
Parvaque cognatas probinent discrimina terras;)*

cernimus papavere turgida arva, qua medicis antiquis jam opium
ministrarunt haud infimæ notæ, illudque hodie adhuc non exi-
guia copia Venetias deferri, Sylvaticus de Theriac. compos. Libr. I.
Cap. V. p. m. 101. auctor est, testatus insuper, tertiam papaveris
speciem Dioscoridis in Ferrarensi agro copiose crescere, magis
etiam quam in montibus efficacem, Brasavolus observavit.

Superat tamen Apuli papaveris lacrymam longe Hispani-
cum opium, a Galeno de compos. Medicam. sec. loc. Sect. V. com-
mendatum, & a Plinio Valeriano L. 2. c. 30. memoratum, qui Spa-
nium opium, loco Hispani nominat. Forte Hispanico hoc opio
Licinii pater interemptus, de quo rigidus papaveris censor Plinius:
Scimus interemptum Licinii Cæcinae Prætorii viri Patrem.
in Hispania Bajili (Harduin Bajili legit.) *cum valetudo im-*
patibiliis (i. e. non ferenda,) *odium vitæ fecisset.* Sed optime jun-
git Plinius, tunc mortiferum per somnos extare, si copiosior
succus bauriatur: tunc enim e narcoticō fit necroticū. Illu-
strant præterea papaveris in Hispania copiam, plures nummi.



Fig. 1.

Sic Hispaniae genius sub figura mulieris tunicata exhibetur, dextra spicas & papaver, sinistra parvum clypeum, seu cetram e Livio dicere malis, quibus armis Hispani olim utebantur, ostendens, in nummo Galbae, & quidem in memoriam istius provinciarum, quae illi imperium prima detulit. Vid. Cl. Valentius Tom. II. Numism. Imp. Aur. & Argent. p.m. 75. & apud Cl. Patinum Theat. Numism. pag. 55. Exstet etiam aureus hic nummus in gazis Schwarzenburgicis cum Regis certe comparandis. Alius Hadriani nummus occurrit apud eundem Patinum. Theat. Numism. ubi Hispania supplex Imperatori stanti, ceu Hispania Restitutori, dextram porrigit, sinistra spicas & papavera tenens. Assider ad dextram cuniculus, ex quo animalculo *cuniculosa* Celtiberia dicta Catullo; quamvis eruditissimus Nonnus in Hispani haud absurdus suspicetur, ob metallorum uberes secturas, quae cuniculis sub

Fig. 2.

lis sub terram aguntur, ita dictam; siquidem nec hodie adhuc desierunt, multijugae metallorum divitiae, sed Regum interdicto, Hispania parcii nunc jubetur, donec India thesauros suos non amplius suppeditet. Eandem fovet opinionem Anton. Augustinus, in quem illud quadrat, quod de Fabio Pictore alicubi Cicero: & Juris, & literarum & antiquitatis bene peritus: Dial. II. p. 41. Sunt autem spica & papaver, ut in aliis, sic in his quoque nummis, Hispanicae fertilitatis & abundantiae signum, quod merito mirum nobis videtur, cum non ex auritis testibus, sed quia oculis conspexerunt, abunde de hodierna Hispaniae sterilitate constet, quibus ex Jutorum edito, ut testibus de visu deponentibus magis credendum, quam deponentibus de auditu: Arg. eor. quae not. in l. Testim. C. de testibus; & in C. cum causam, extrav. de testibus. Exstant tamen de Veteris Hispania ubertate insignia auctorum testimonia, ita ut Pacatus: *Terram omnibus terris feliciorem prædicaverit, cui excolenda ditandaque impensis quam ceteris gentibus supremus ille fabricator indulserit*, & Solinus, nihil in ea otiosum, nihil sterile, pronuntiaverit. Si in causas hodiernae sterilitatis inquiras, modo citatus Nonnus de patria sua respondet: *Sed unde tantum a prisca fertilitate degeneravit? an occulti aliqui & noxi siderum positus genitalem telluris vitia infecere? an effeta & laffa terra inani spe agricolas latat? neutrum ego in causa putem.* Aequo enim ac prisca seculis, in omnia frugum genera secunda est. Sed deest industria: *Nam cum natura sua in arma magis, quam aratra propensi sint Hispani, per longinquas in utramque Indianam expeditiones & continuata bella, exhaustur juventus.* Hinc agricolarum infrequentia, hinc agri neglegti potius, quam steriles cernuntur.

Galliam papaveris altricem extitisse jam Catonis aevu. Gallianus papaver, cuius de R.R. meminit, affatim testatur: & forte spicis quoque junctum fuit papaver, sculptoris incuria ob paritatem orisnum in nummo illo Galbae ab Illustr. Tristano Fig. 3.

T. III. Comment. Historiq. p. 73. ubi TRES GALLIE, sive tria spicis affixis capita, occurunt. Sic in Narbonensi Gallia hodie nū luxuriare papaver, ex illoque inciso lacrymam se collegisse gloriatur solertissimus Charasius in Theriac, licet labor voluptatem & quem superarit.

Ex his omnibus, quae leguntur de Patria papaveris apud veteres potissimum, audacter affirmo, nullum tunc temporis orbis veteris cogniti partem caruissē papavere, & aeternæ veritatis esse illud, quod Angliae literatorum decus summum, Excell. Rajus Oper. Botanici T. I. Libr. XVII. p. 855. scripsit: *Credimus, quod si in Europa, ut Gallia, Germania & Italia, ea diligentia adhibeat, quam orientales adhibent, posset etiam fieri papaveris lacryma, sicut in Asia. Natolia enim clima est aequum frigidum atque Gallia.* Ut silentio involvam, Excellentissimum Helvetia Medicum, e papaverum in ipsius horto florentium, succo parasse opium, palnam omnibus aliis laudanis, ab anodynā & minime narcoticā vim, reddens dubiam. Sed ut promissis satisfaciam, medica relinquo, reversurus ad papaveris antiquitates.

Demonstravimus haec tenus, papavera junctis spicis fertilitatem denotare *non* *evergīay*, nunc ulterius probandum est, veteribus innumerum numerum designaturis, papaveris grana, & frumenti montes cessisse in adagium. Probo hoc ex Ovidii Trist. Lib. V.

Littora quot conchas, quot amœna rosaria flores,

Quotque soporiferum grana papaver habet.

Hinc irata in Psychen Venus, diloricatis prius plurifariam ejus vestibus, capilloque discisso, & capite conqualato graviter afflictam, increpat, & poena loco, accepto frumento & hordeo & milio, & papavere & cicere & lente & faba, commixtisque acervatim, confusisque in unum grumulum, (in Edit. Pricæana Apuleji, quam possedit olim Norici gloria Pindi B. Wagenseilius noster, ubi in margine variantes Lectiones ab Illustr. Octav. Ferrario ex optimis Manuscriptis ipsi communicatae, loco gru-

muli

muli glumulus legitur,) ad ejus frugem periclitandam injungit, ut seminum istorum passivam congeriem discerneret, singulisque granis rite dispositis, atque sejugatis, ante vesperam opus expeditum approbaret Veneri. Sic assignato tantorum seminum cumulo, ipsa cœnæ nuptiali concessit; uti fuse hæc apud Milesiorum lepidum scriptorem Madaurensem Metamorph. Lib. 6. pag. 116. Edit. Pricæan. reperiunda: Incondito illi & inextricabili succubuisse labori, (stulta quippe cura est, quæ spem non habet; labori incumbere oportet, ubi effectus promittitur, teste Quintil. Declam. VI.) nī formicula illa ruricola, difficultatis laborisque miserta, corrogata cuncta formicarum accoliarum clasfe, & sepedum populorum undis, acervum separatis distinctis distributisque generibus digesserit. Forte hæc Apuleio, de formicis recensenti, illud decimæ Muse, Plauti, in Trinum. Act. 2: Scen. 4. suboluit, ubi Strasinus servus narrans, quadraginta minas intra quindecim dies fuisse consumptas & dilapidatas, his verbis expressit: *Consi cito, quam si tu objicias formicis papaverem; ubi obiter notandum, quod a Charisio Lib. I. annotarum, in genere masculino papaverem exprimi, quod & a Plauto factum Poenali. Act. I. Scen. 2. itemque a Catone ac Varrone, quorum hic (ceu jam meminimus) papaver Gallicanus, ille in Admirandis dixit: infria seni papaverem. Vid. ὁ γερινότατος τὴν ἀνοίγει Μευσίου Not. ad Caton. c. 79. Nec mirum, cum & apud Graecos masculino genere οὐκων dicatur.*

In triplici, & diffissimo naturæ regno infinitus numerus, *papaveris* designatur nomine ac numero. Sic in regno vegetabili passim semina oculum pene fugientia & innumerabilia, e. gr. in fico, *papavera* audiunt, Græce σπεργάτια μηνινῶν. In regno minerali arenæ quædam granulatae; secundum Pollucem Onomast. L.VII. c.27. p.760. Edit. Hemsterhuis. Μήνων δὲ ἦν τι φάγμαν εἶδος, Mecon arenæ quædam species. Ex hoc arenæ coagulo forte *lapis Meconites*; (cujus apud Plinium mentio Histor. Natural. L. 37. c. 10.)

con+

concrescit, quia *papa veris* semen exprimit; nam secundum soler-
tissimum naturæ *Mystam* Gesnerum, videtur totus quasi ex are-
nulis rotundis conflatus, ideoque ovis piscium similis, quæ re-
centiores quidam *arenida* cognominarunt, h. e. *ψαλυγά* & *friabili*. Confriciatur autem & resolvitur facile hic lapis in arenulas, sive granula, e quibus constat, quæ quidem singula per-
dura sunt, insipida & inodora. Vocatur lapis *Meconites* alio
nomine *Hammites*, quia ovis piscium similis: hinc Germanice
Rogenstein / weil er nicht minder / wie den Fisch, *Rogen*/
also auch dem Mahen Saamen gleich. Non semper tamen
friabile esse hunc *Meconitem* sive *Hammitem*, & ita distinctum.
ut arenulae sive ovula singula ab invicem discerni & solvi queant,
sed haud raro ita confulum, & in solidâ duramque massam coag-
mentatum, quæ silem non figuratum primo aspectu refert, re-
stis est αὐτότον, φίλατον νάρα Excell. Scheuchzerus (cujus stupen-
dum in Historia naturali studium, Magnum Russorum Autographog
movit, ut benigissimum ipsi Protomedici munus obtulerit,) in
Specim. Lithograph. Helvet. curios. pag. 40. ubi plura de *Me-
conite* sive *Hammite* curiose annotata prostant. In agro nostro,
& quidem inter *Heimburg* & *Gulzberg* frequenter obvium esse
Meconitem, ex ovulorum subluteorum congerie in massam fria-
bilem compactum, restis est in ἀρνητογεφει Norica, elegantissimo
certe opusculo, Excell. Bajer. Med. Prof. Altiorinus meritissimus,
Collega astutissimus cap. 7. p. 67.

Sed ad papaveris pusilla & pene innumerabilia semina cala-
num revocans, hos Poëtae versus annexo:

*Magna Dei virtus, quæ tot miracula rerum
Seminis exigui tantillo cortice clausit!
Quod licet haud superet cineris vel leuis arenæ
Fallentis digitum, Σ numerantia lumina molem,
Mox dabit ingentem frondoso tegmine sylvam,
Et certa in dubiis promet medicamina rebus.*

Si ex regno minerali ingrediamur animale, in aquatilibus &
marinis papaveris nomen sèpius obvium. Sic μύνων pi-
sces gregales esse, in notis ad Athenæi Deipnosoph. Cl. Dale-
champius ex Aristot. Histor. Animal. libr. IX. p. 1012. Edit.
Scaliger. Tolos. memorat; ast si textus inspiciatur, μύνων
legitur, non μύνωνες. Nullum tamen dubium, hos pisces gregales
a multitudine dici *Mecones*, sive *papaveres*. Non infre-
quens nomen in aquatilibus & marinis porro μύνων esse in-
nuimus, idque probamus testimonii ε τοφίς πρόμαχος Aristotele,
& quidem ejus Histor. Animal. potissimum desumptis.
Sic libr. IV. §. 112. buccini anfractus μύνωνa dici annotavit,
qua de causa, ignotum sibi esse fatetur in commentario
non minor Aristotele Jul. Cæs. Scaliger. Aristotelii consen-
tit quoad buccinorum anfractus Athenæus libr. 3. qui libr.
codem quoque p. 88. C. annotavit, illud, quod intra pin-
nam est, ab Epæneto in Artytico vocari *papaver*. Rursum
Aristoteles Histor. Animal. libr. IV. §. 105. mytidem & μύνωνa
eadem esse tradit. Jam vero in explicanda *mytidis* & *pa-
paveris* vera substantia, operosus est vir summus Scaliger:
Mytis, inquit, *fiscus quidam est sub ovo*, in quo atramen-
tum continetur, (de sèpius loquitur) per hanc transit gula ad
ventrem, Ε in eam recipitur intestinum rediens a ventre,
perque ipsum excipit excrementa Ε atramentum. Et paulo
post: *Mytin etiam papaver dici, vidimus, nos potius*
fiscum diceremus: est enim persimilis κύστη. Veteres ea ratione
subfisticum dicebant; κύστη comparat Athenæus, qui etiam
Μύνωνa vocat in septimo. Præterea ad libr. IV. §. 105. pag.
428. annotat, *Μύνωνa* non mytidem & fiscum, sed humo-
rem certum croceum, aut luteum, in cancerorum genere de-
notare; id quod repetit §. 107. p. 429. Ejusdem, libr. §. 151.
Papaveri item alium sensum affingit Stagirites, scribentes:
αἴτο δὲ τῆς κοινῆς σόμαχος διπλᾶς μάκρης μέχει τῆς μήνωνος, ή ἐστι
D έν τῷ

iv τῷ πυθμένι. *A ventre gula duplex longa ad papaver usque, quod papaver in fundo est.* §. 152. autem innuit: ἐπί γάρ μήκων διοῖες [κοινίσι] περίττωμα πᾶν τοῦ οὐρανοῦ τὸ πολὺ αὐτῶν. *Est autem papaveris magna pars quasi excrementum in omnibus ostraceis.* §. 153. τὸν δὲ μήκον πάντα ἔχει, ἀλλ' οὐ τὸν αὐτὸν, εἰδὲ τοὺς ὄμοιος φύσεων, papaver quoque omnibus inest, sed neque eodem loco, neque eadem quantitate, neque eodem modo appetat. & §. 162. ἡ γὰρ μήκον ωσπερ εἴγηται περίττωμα ἐξ αὐτῶν ἐν ὑμένι. *Siquidem papaver excrementum quoddam est omnibus in membrana.* Nullum plane dubium est, exinde fluxisse Meconii nomen, excrementi nempe, quod recens nati primum emittunt, forsitan a coloris vel spissitudinis similitudine. Sic enim tories jam laudatus naturæ interpres Histor. Animal. libr. VII. cap. 13. §. 107. pag. 844. οὐ τέτο τὸ περίττωμα πλάσον ἡ τῆ παρός κατὰ μέγεθος, οὐ παλέσσιν οὐ γυναικεῖς μητρώον. Χρῆμα δὲ τέτελάματοδες, οὐ σφόδρα μέλαν οὐ πιπτῶδες, cuius excrementi quantitas major quam pro pueri magnitudine; quod appellant mulieres papaverculum. Color ejus cruentus ac valde ater ac piceus. Certe qua hic de infantum primis facibus, hoc de Polypodis atramento in vesicula peculiariter, cui itidem nomen Μήκον, contento, ex Aeliani Historia Suidas refert. Oppianus vero libr. III. Halievtic. inquit: ἐστι τοις ἐν μήκοσι θύλος. add. Athen. libr. 7. Restat Μηκάνιον sive ὄπιον, opium papaveris succus, & alterum Μηκάνιον, Hippocrati πέπλον καλούμενον, Dioscorides libr. 4. c. 168. μήκων ἀρρεβός, & Aetius Amidenus μήκωνδην nominat; sed cum de his seculi hujus ἀσητὴ οὐ φῶς λατεμῆς ex professo egerit in Opiologia, eo B. L. ablegamus. Consul. quoque σέφανον τῶν χαλινογέρῳων Henr. Stephanum in Indic. Thesaur. Græc. voce μήκων. Supereft, ut de papaveris parte media, quæ μήκων quoque Aristotelē dicitur, mentionem injiciamus; sed haec manu quasi ad vestes papaveraceas nos ducit.

DE PAPAVERATIS VESTIBUS,
sive lanis post undulatas, sororiculatas (in Nxc. Tironis apud Gruterum Sororeciatas) Phryxianas aliasque, Plinius meminit Histor. Natur. libr. VIII. sect. 74. p. 230. Edit. Harduin. Crebræ papaveratæ antiquiores habent originem, jam sub Lucilio Poeta in Torquato notatae. ὁ πάππος Salmasius in eruditæ congerie notarum in Solinum, nullo quidem ordine, sed copia felici, legit papaveratas, pro quo vir doctissimus papaveratas corrigendum putavit, idque multis jam viris eruditissimis, ceu Salmasius testatur, persuasit. *Vetus* & optimus liber vocat papaveratas, prop papaveratas. *Vestis* papaveraca eadem forma ac ratione dicta, ut lingulata pisces, ut portulaca, personata, herba. Quia Græci μήκων vel μηκωτίτην vestem vocarunt tenuissimam ex Mecone sive papaveri pinnarum textam, Lucilius, qui ubique ac semper græciſſabat, papaveracam delicatam ac byſſinam vestem dixit. Hæc Salmasiiana crisia nobis suggerit. Cum vero Plinius non explicaverit, quales ista vestes fuerint, & unde dictæ, ansam dedit studii Philologici principibus viris, varia ex inexhausta eruditioſis abyſſo hac de re de promendi. Magnus & modo laudatus Salmasius ex pinnarum papavere textas vestes credit: μήκωνες, inquit, in medio ostreæ fibræ sunt vel fimbriæ. Neophytus: εἰσὶ δὲ οἱ μηκωνδες αὐτῶν. Martialis Cirros appellat. Plinius crines. Fibræ, quas ambit crinis Plinii purpureus, sunt τὰ μήκωνια. Hæc omnino vera in Dioscoride lectio, non novia, aut iuxta. Male etiam apud Neophyton eiōvra pro μήκωνια. Ita etiam dicta sunt pinnæ vellera, que τερζούμετρα (vulgo legitur περίττωματα) Hesychius vocat. Ab illo pinuarum capillito, & molli lanostate, tenuis vestis μήκων appellata. Nam & nebatur ejusmodi pinnarum vellus, & vestes ex eo texebantur. Inde vestes papaverace Latinis pro tenuibus ac delicatis, ut Græcis μήκω-

185. Hæc Salmasius. Seculi nostri Varro, solertissimus Vossius in *Etymol.* tenuem ex byssō linoque subtili, (*μύκην* Hesychio dicitur, quæ vox & papaveri communis est,) vestem interpretatur. Sed cum ex R. P. Harduini mente, neuter virorum *κριτικῶν* apposite quidquam habeat, in Democriti puto res adhuc lacet, & nil nisi conjecturis locus. Vir quidam eruditissimus, qui mihi in rebus dubiis oraculi loco, circa Aristotelis verba Histor. Animal. libr. V. c. XIV. §. 145. dubium movit. Purpuræ illic tres partes constituantur, superior *τράχηλος*, cervix, media *μήκων* seu papaver, imo vero *πόδην* (*ἄντα μέσον τε μήκωνος καὶ τε τράχηλος*, inter circum & spondylum, ut Philosophus loquitur, sive ex Plinii interpretatione, *in mediis fauibus*,) ubi hæreat purpuræ textura densa, & unde purpuræ florem tingendis vestibus expertunt, secundum Plinium libr. IX. c. 36. p. 338. Oritur hinc quæstio, annon *μαρτιον μηκωνίτος* et vicinia floris purpuræ ortum traxerit? Imo cum ex eodem Stagirita patet, *μήκων* sive papaver lentorem esse tenacem, viscidulum, in ventre purpurarum obvium, quem alii pro corde, alii pro hepate venditant, ad cuius latus purpureus appetet mucus, (de quo vid. Excell. Major Annot. XII. p. 18. Tr. de Purpur. Fabii Column. & Diction. Ostracol. in voce *μήκων*, Mecons;) quis non crederet, lanas vel vestes hoc tenaci lentore mucoque fusi coloris infectas, *papaveratas* fuisse appellatas? præcipue cum apud veteres haud una fuerit purpuræ species, & forte hæc *papaverata* vilior, eujs Cicero pro Sext. c. 19. meminit: *Purpura plebeja ac pene fusca*. Sic Plutarchus in Catone minore, optimæ notæ purpuras *μαρανόγεως* ἐφθασαν καὶ δέσιας appellant, atque iis opponit *μελινάς*, nigras. Athenæus quoque Deipnosoph. libr. III. p. m. 89. Purpuræ florem nigrum esse afferit, scribens: καὶ τὸ ἄκθος ἡ μὲν πλεῖσ-ται μέλιν ἔχουσιν. *Obscuram Latine dixeris;* Macrobi. libr. 2. *Saturn.*

Saturn. c. 4: *Cum de Tyriæ purpuræ, quam emi jusserat, obscuritate quereretur. Vid. Desid. Heraldus Digress. VII. p. m. 205.* Imo cum purpureus color, sive puniceus & extreme rubens, (hæc enim apud veteres vulgo Synonyma,) non e concha solum Tyria, vel Coa, vel Laconica, aliorumque maritimorum locorum, sed præterea e florum & herbarum succo ad ejus imitationem a lanarum infectoribus frequenter paratus fuerit, (hinc Petronius ait: *Quæstus tellure nitor certaverat ostro;*) cui adhuc supererit dubium, e papavere purpureo fucum ad imbuedos colore puniceo lanas & vestes productum fuisse? Hunc quippe colorem suppeditat

*Munus Eleusinæ Matris Cereale papaver,
Cui sublime caput, folium sandice rubenti
Puniceum.*

Et Propertius libr. 2. canit:

Candida purpureis mixta papaveribus.

Sic balaustio usi tintores Rhodii ad lanas colore puniceo imbuedendas, teste Dioscoride, vel Alga Cretensi, secundum Theophrastum, vel Amorgo, secundum Suidam. Ita florem purpureum Ctesias apud Indos, radicem coccineam & purpuream tincturam suppeditantem Strabo, coccum e granis Galatæ Plinius, vaccinia Vitruvius, sandicem Indianam Vopiscus, arborem Persicam Argiawan ex Tiphasio de discrimine signorum exhibet eruditissimus Bochartus in Hierozoico T. II. p. 736. seqq. & ὁ πύρῳ Spanheimius de VI. & Præf. Numism. Diss. Sext. p. 321. Edit. nov. Londin. in fol. His, quæ hæstenus attulimus, illistrans apprime inferiunt Aquæ Ierapolitanæ, quæ succo vegetabilium imprægnata lanam colore coccineo vel purpureo infiebant, teste Strabone libr. 15. circa finem, εἴτε δὲ καὶ πρὸς Βαρθύν ἔχοντα θαυματῶν σύμμετρον τὸ πατὰ τὴν ιερόπολιν οὐδὲ, ὡς τὰ ἐν τῷ βίσων

30 ॥ ॥ ॥ ॥

Επιτρόπουσα ἐνδυσθεῖσα τοῖς ἐν τῆς πόλεων καὶ ταῖς διανομέστοις.
Ἐστὶ ad lanas tingendas mirum in modum accommodata aqua Hierapolitana, ita ut eradicibus facta tintura coecineam & purpuream æquet. Forte & papaveris, in primis erratici, succus Jerapolitanus immiscetur aquis, quippe papavera in nummo Jeropolitanorum sub Augusto custo, obvia, quem Ill. Tristianus Comment. Histor. T. I. p. 97. exhibet. Hunc autem nummum Cl. Patinus de Numm. ær. Imp. p. 5. Sacro Senatui vendicat, non Augusto, ex inscriptione: ιερὰ συγκλητος, & vultum genii Senatus esse credit. Vid. quoque R. P. Harduinum de Numm. Colon. p. 214.

Papaver quoque refertur & locum habet inter illa,

*Quæ faciem commendat cura puellæ,
& quo sit -- forma tuenda modo.*

Inter Cosmetica nempe. Probat hæc, quæ Carmen de Medicamento Faciei Ovidio adscriptum habet:

*Vidi, quæ gelida madefacta papaver a lympha
contereret teneris illineretque genis.*

Huc etiam quadrat, quomodo aquam papaveris, in primis erratici, destillatam elegantissimum rubini colorem e floribus contrahere doceat D. Hulse, apud doctissimum Rai, Hist. Plantar. T. I. p. 855.

His conjecturis innixus credebam, me plus reperisse, quam pueri in faba; sed disjecit hæc, ceu Sibyllæ folia, locus apud Plinium libr. XIX. p. 565: *Est & inter papaveræ genus quoddam, quo candore linetea præcipua trahunt; adit libr. XX: Ex hoc lino splendorem trahunt æstate. Nolo hic repetere, quam dicam data hac occasione Plinio post Hermolam Barbarum, Leonicenum, Matthiolum & Dalechampium, scripsit solertiissimus Solini Commentator, geminum illum errorum errasse accusans. Suscepit quippe Plinii partes R. P. Harduinus ex Collenutio contra*

Leoni-

Leonicenum plurima decerpens. Hoc tantum addimus, ex his Plinianis locis elucidare, papaveracas vestes & candidas fuisse & splendidas, non abludentes a papavero.

*Quæ species est alba crepanti
Concolor argento gaza resplendet agresti.*

Hinc quoque pictores ex artis secreto, ut colorem lucidum albumque faciei concilient nitorem, quem tempus edax rerum non consumeret, nec in flavum furidumque tandem converteret, albis coloribus, quibus penicillo prima ponunt rudimenta, papaveris immiscent oleum, quod experimentum loco Plutarchi, de purpura Hermionica mox adducendo lucem affert.

Nec paradoxon esset, si quis statueret, papaveratas vestes, licet candidæ fuerint & splendidæ, purpureas tamen recte dici, eadem plane ratione, quæ purpureos cycnos Horatius libr. IV. Carm. Od. I. v. 10. pronuntiavit, ubi Cl. Cruquius contra omnium Codicum MStorum lectionem porphyreis legere vult, ab insula Cytherea Veneri consecrata, quæ Porphyris olim dicta. Et Pedro Albinovanus *purpuream nivem* dixit:

*Brachia purpurea candidiore nive.
Et alibi:*

*Purpurea sub nive terra lateb.
Ovidius autem purpureum amorem nominavit:*

In me purpureus tela resumpsis Amor.

Imo purpuram albam quoque fuisse, locus Plutarchi de purpura Hermionica videtur innuere, Edit. Paris. p. DCXXCVI. Οπε φοιτ καὶ πορφύρας Ερμονίης ἔνεδινε τάλαντα πεντακισχίλια, συγκενάντι μὲν εξ ἑτοῦ δέκα δευτερων διακοσίων, πέδοντον δὲ τὸ ἄρθρον ἐπι καὶ νεαρὸν φυλαττέοντο. ἀποτον δὲ τέττα φασιν εἶναι τὸ τὴν βαφὴν διὰ μέλιτος γίνεσθαι τῶν ἀλαζηγῶν διέλασιν δὲ λευκοῦ, τῶν λευκῶν. Hinc purpurare in vertu Furii apud Agellium:

Spiritus

Spiritus Eurorum virideis cum purpurat undas.

Legimus & apud Homerum πορφυρότεσσαν ἀλα Tanaquillo Fabro Epist. libr. I. Epist. I. verbum hoc *purpurare*, nihil aliud est quam λευκανεῖν, facit blanchir la mer, albescere, nitefarcere. Theocrit. Idyll. 8. v. 2:

Στέψον τὰς ικλέθει φωνίνεω δίος ἄνωτη
Cinge calicem purpureo ovis flore:

Vbi Poëta per τὸ φωνίνεον δίος ἄνωτον, *purpureum ovis florem*, candidissimam & præstantissimam ovis lanam, nullis unquam coloribus tintetam intelligit. Eadem sunt, quæ Scholia stes Apollonii ad libr. IV. de Vellere Arietis, quo Phryxus in Colchos delatus est, restatur, Simonidem, modo album, modo purpureum in suis Poëmatibus hoc vellus appellatissime, ut ex ejus verbis liquet: πολλοὶ δὲ χρυσοῦν τὸ δέρας ἐιγένεται, οἱς Απολλώνιος ἡπολούσθουσεν, οἱ δὲ Σιμωνίδης ποτὲ μὲν λευκόν, ποτὲ δὲ πορφυρόν. Vid. Magnus Salmastius Not. ad Aram Prim. Dosiad.

Hæc omnia declarant, purpuram aliquando non tam pro certo colore sumi, quam pro nitore & splendore, (Plutarchus λαμπτότητα vocavit,) qui in optimis coloribus efflorescit; sic quod candore rutilat, apud Latinos quoque *splendidum* vocatur, ut apud Senecam in Hippolyt. *Splendidae Come:*

Per has senectæ splendidas supplex comas.

Atque ex hoc fundamento quartuor Evangelistas, discrepantes circa chlamydem, Salvatori nostro æternum benedicto, tempore luctuosissimæ passionis injectam, conciliare studet Cl. Borremansius in Vesper. Gorrichem. ostendens, ιωῆτα λαμπτέαν Herodis apud Lucam c. 27. v. II. κλαυδία πονητῶν Matth. XXVII. 27. 28. & iμάτιον πορφυράν Marc. 15. v. 17. & Joh. c. 19. v. 2. unum idemque fuisse. Ut de purpura coloris

coloris hyacinthini & violacei nihil hic addam, cum materiam hanc more solito excusserit Cl. Bochartus Hierozoici T. II. p. 727. & 728.

Hæc occasione locorum Plinianorum, de papaveris genere, linteis candorem & splendorem conciliaente, ac de papaveraceis vestibus, an purpurea quoque vocari possint, dicta e veteribus scriptoribus sufficiant. In ævi medii scriptoribus, obscuriora adhuc de papaveratis vestibus occurunt, quæ collegit vir eruditissimus Dn. du Cange in Glosar. med. & Infim. Lat. T. III. p. 131. & quidem e veteri charta apud Joh. Schefferum ad Chron. Vpsal. p. 152. *Obtulit casulam Dalmaticam & subtile*, cum duabus cappis, omnia de *papavere*. Infra: Item aliud par dorsalis & antependii de *papavere*: item deputabantur duo panni de *papavere* ad ponendum super sepulchrum in solennitatibus. Occurrit rursus ibi. Item in Exceptione Corporis S. Florentini e Latinaco MSt. *Inscriptio hac erat: Hic requiescit &c. Erat autem scriptum in papavere.* Ænigmata hic videatur scribere vir solerissimus; sed nisi me omnia fallunt, lucem aliqualem his in tenebris afferunt, quæ Hesychius loco iam citato proculit: μήναν, φασκα βιστινον, *papaver*, *textura byssina*, tantæ scilicet tenacitatis, tantæ subtilitatis, quantæ folium *papaveraceum*, wie ein Mahen. Blätlein. Jam vero byslum pro purpura sumi nonnunquam in veteri Fœdere, docuerunt plures viri magni, teste Illustri Spanheim, de Vl. & præst. Numism. Edit. noviss. Anglic. diss. VI. p. 322.

Papaveraceæ Vests in memoriam revocant *Papyraceas*, quarum itidem Plinius meminit libr. 13. Hist. Nat. c. 11. ejusque in Papyrus Commentator doctissimus Guilandinus, ut nil absurdum crediderit quis, *papaveraceas* & *papyraceas* interdum a scriptoribus confusas fuisse, statuens. Hebrais quoque

Papyraceas vestes haud incognitas fuisse, testatur Cl. Buxtorius, per quem.

*Mitescit obrutum situ denso
Iduma quicquid sepit & Palestina;*

qui verba in Beres. Rabb. sect. 37. פְּרִיר וְלֹבֶשׂ בְּלֵי וְשַׁיְנַעֲנָתָה
veste Papyratea, ita interpretatur: *E cortice intenuissimas plaga-*
s soluto siebant tegumenta, quæ imponebantur mortuis. Et
ex Sota cap. ult. in fine profert. עַטְשָׁה חָנוֹן אַפְּרִירָה
Faciebat ipse papyraceas, scil. vestes. Glossa מְלֻבָּשׁ לְנָזָן עַשְׂנִין Species herbae est, quæ cortices habet, &
faciunt ex ea vestimentum ad ornatum. Nunc disquirendum for-
ret, an papyraceæ & papaveraceæ vestes uno eodemque
modo fuerint paratae? sed cum artis destituamur intimiori
notitia, seponimus calamus.

Latissi-



Atissimum nunc Mythologiae
campum ingressuris, plurimi occurunt Dii
Deæque, quibus & sacrum & amicum pa-
paver. Prodeat e Dearum numero



Hesiodo Rheæ, Hygino Saturni & Opis filia, Dearum,
si qua alia, apud Ethnicos celeberrima. A Callimacho
in Hymn. Cereris passim μεγάλη Θεός audit, & in inscriptio-
ne apud Gruterum cccix. producitur ἡ σύνοδος τῶν μεγάλων
ΤΗΣ ΜΕΓΑΛΗΣ ΘΕΑΣ ΟΕΚΜΟΦΟΡΟΤ ΔΗΜΗΤΡΟC. Con-
ventus sacerdotum MAGNAE DEÆ LEGITERÆ CERBRIS. Hinc
quoque Δαμάτης μέγα & μέγιστη κρέστη εξαών, magna Regina
Dearum, eidem Callimacho vocatur; cui consentit Euripi-
des, apud Θεά ἀπάντων ἄνασσα, Dea omnium Regina,
salutatur Phœn. v. 691. Sic Θεός ἐνυπάντα, Dea late potens,
a Callimacho l. c. In Orphicis vero sub Naturæ nomine: παρ-
βασίεις, omnium Regina, dicta, uti Bacchus Cereris comes
in iisdem Orphicis βασιλεύτας πάντων. Aristophani Thes-
moph. Δέσποινα Δημήτης, Domina Ceres, Orpheo autem Δημή-
της παμκτεῖα, Ceres omnium mater, nominatur. A voce Δημή-
της nonnulli per contractionem coalusse credunt Δημήτης, quasi
Δημίτης. Quod si Phoenicie נִיר scribatur, derivanda vox
erit a radice נִיר Dai, quæ sufficientiam denotat & copiam,
nomen huic Deæ convenientissimum, quæ inventrix &
præses frugum credita, quorum proventum augere aut mi-
nuere

nuere credebatur, prout propitia erat, aut irata. Sie sentit πολύγλωσσος καὶ πολυχάριμπος Clericus Notis in Hesiodi Theog. p. 77. & Bibliotheq. Vnivers T. VI. ubi historicam Cereris fabula expicationem exhibuit p. 55. seqq. Vel Δημήτρη idem est, ac si dicas γῆ μήτηρ, hoc est, interprete Lucretio, Poëta Physico:

Vt merito maternum nomen adeptæ

Terra sit, e terra quoniam sunt cuncta creata.

Velsecundum Ovid. Metamorph. I. v. 342.

Cereris sumus omnia munus.

Et illa omnia matris ad instar beneficæ ad viçtum necessaria ministrat.

Δῆν δώσει πάντ' ἐπίφυσα,

Ceres dabit omnia abunde plena;

ceu Cyrenæus Vates canit in saepius citato Cereris Hymn. v. 134.

Ex Graco nomine Δῆν quoque eluet, Cererem esse Deam Diām, quibus arvorum sacerdotes sacra publica faciunt, ut fruges ferrent arva, teste Varrone l. 4. spicæ corona, solito Cereris insigni, redimiti. Nam

Spicæ ornata Ceres corollis.

Et Philippus in Anthol. Libr. VI. c. 7. p. 9. Αρι τῇ ταχυτερῷ, Cereri spicis coronatæ, instrumenta rustica dedicat Lysimenus. Et Phornutus de Natur. Deor c. 28. de Cerere p. m. 209. η μέντοι Δημήτρη πατὰ τὸ ἀναδοτικὸν τῶν σπερμάτων ἐνδοιουμένη, πάντα οἰνίως ἐσάγεται τάχυστην ἐσφωμένη. *eres autem, qualidooquidem traditur segetem proferre, admodum proprie coronam aristis gravem gerit.* Sic Venusinus Vates in Carmen, seculari:

Fertilis frugum pecorisque tellus

spicea donet Cererem corona.

& Tibullus: *Flava Ceres tibi sit nostro de rure corona*
spicea.

ac alibi: *Spicis tempora cinge Ceres.*

Sic Propertius: *Et coma lactenti spicea fruge tumet.*

Vt taceam Ovidium, aliosque pæne innumeros, quos congesit prudentissimus Consil. Carol. Paschalius Tr. de Coronis Libr. VII. c. 15. p. m. 502. seqq. quibus res omnis coronatum e priscorum cruta & collecta monumentis continetur.

Nec *spicea* tantum erat, sed *spicis papaverum capita* immixta hisque distincta. E gemma in Thes. Brandenburg. reperiunda T. I. p. 6. lucem hæc, qua hæc tenus proposui, accipiunt. Ceres illic exhibetur *κονερτερός*, sive *puerorum nutritrix*, in quam maximum a corona *spicea papaveracea* decus redundat; ut vere ex Hesiodi mente Oper. & dier. v. 300. sit ἐνεργατὴ Δημήτρη, *pulcre coronata Ceres*: inter spicas quippe fœcunda *papaver* vernant; qua de Gemma uberior dicendi campus se mox offeret. Sic in nummo Sardianorum apud Ill. Seguinum in nummis Cyzicenorum, apud eruditiss. Valentem & Cl. Bonarotam Proserpina, Cereris filia, eadem redimita corona, uti fusi in Proserpina demonstrabimus.

Nec tantum *capiti Cereris* exornando inserviit *papaver*, sed & *circa imaginem Cereris* positum memoratur Eusebio in Præpar. Evangel. Libr. III. c. 11. Quid quod *manibus Cereris* & *spicas & papaver*, eademque jam sola, jam conjuncta, indita fuisse, nemo nescit, cui gemmas & nummos nosse datum est, quique Poëtas legerit antiquos. Sic Theocritus, cuius Gratiæ & Veneres, Heinso teste, nemo satis capit, Idyll. 7. v. 153.

Δράγματα καὶ μάνιαν εὐ ἀμφορέστιν ἔχοιτα,

Spicarum manipulos & papaver in utraque manus
gestans,

Et Callimachus in Hymn. Cerer. v. 44. 45:

γέντο δὲ χειρὶ

σέμιμαται μάνια

i. c. *acceptique manus*

coronas & papaver.

Gemmam hæc, quæ diximus, illustrantem, mutuo sumfisi-
mus e Leonh. Augustini Gemmis, ex sculpturis antiquis ab
Excell. Gronovio in Latinam linguam versis; n. CXXII. Num-
mos vero hinc inde inspersimus.



Vnde Aristophani in Ran. p. 202. Edit. Scalig. a *secundo papaveri* aliisque fructibus *μητροφόρος βασιλεια* audit, & Or-
pheo, *ταχυοτέρος, spicarum altrix*; a messoribus apud
Theocritum in Idylliis invocatur:

*Δαιμότηρ πολύναπτε, πολύταχυ, τέτο τὸ λαῖον
θυεργον τ' εἴη, καὶ μάρτικρον ἐπτί μαλισκα.*

Ceres

*Ceres frugifera, spicifera, efficie, ut seges
pulchre elaborata sit, & fœcunda quam maxime.
E Latinis Poëtis Manilius Libr. II. p. 43. de Virgine, Zodiaci si-
gno, Cereris tutelæ dicato, canit:*

*Spicifera est Virgo Cereris,
vel ut Gemblacensis codex legit:*

*Spicifera est Virgo Cereris:
& Cicero:*

*Spic'um illustre gerens præstanti corpore Virgo.
Præter spicem papaveraceamque coronam, myrtleam quo-
que Cereri & Veneri communem, vindicat Artemidorus
l. I. c. 79. Ister Demetrius apud Scholia. Sophocl. ad Oedip.
v. 715. myrtum & smilacem Cereris corona adjudicat, cum
Sophocles ipse solus ex Poëtis Cereri & Proserpinæ *coronam e
floribus narcissi* tribuerit: ubi tamen Scholia. Sophoclis paulo
ante scriperat: ἀλλὰ ταῦς θεομορφωτέσσις τὴν τῶν αἰθινῶν σε-
φάνων ἀπειρῆθει κακήσιν in Theomorphoriis prohibitum mulieri-
bus, sacrum illud obeuntibus, omnem coronarum e floribus
usum. Nec enim coronata temper conspicitur Ceres, sed
& vittata & velata; cuius plures nummi, gemmæ, & statuæ
testes sunt. Hinc Juvenalis expressis verbis CERERIS VITTAS
vocat Satyr. 6. v. 5.*

*Pauce adeo Cereris vittas contingere digne:
Vetus Scholia. hoc interpretatur: que possunt esse Cereris
Sacerdotes. Ex quo loco liquet, Sacerdotes Cereris, Melissæ
dictæ, μητροπλοιοι ac iεροφάντides vittis olim fuisse redimitas;
licet Callimachus in Hymn. Cereris v. 43. Nicippem sacer-
dotem Cereris, coronis & papaverere ornatam introduxit.*

*Αὐτίνα Νικίππη, (τὰν οἱ πόλις δέρτεραν
Δαμοσίων ἔσπαν) ἔεισατο γέντο δὲ κακοῖ.
Στέψιματα καὶ μάρτια, κατωμαδίαν δὲ ἔχει πλαΐδαι.*

Statim

Statim Nicippæ (hanc ei ciuitas sacerdotem
Publicam constituerat;) assimilata est, accepitque
manu
Coronas & papaver, deque humero pendentem ha-
bebat clavem.

Sæpius tamen hæ Melissæ, sive Cereris sacerdotes, non spi-
ceis coronis, sed vitta & galero Cereris conspicuntur, quod
ornamentum capit is Poëtae κειρφάλου καὶ μίτραν forte voca-
runt, de quibus Aristophanes, (apud quem Euripidis sacer-
dotorum Cereris habitum induit, quo se pro una τῶν
θεομορφαζεσσῶν impune venditaret,) scribit:


κειρφάλου δέ, καὶ μίτρας ΑΓ. ἡδι μέν εὖ
κεφαλὴ περίθετος, πᾶς ἐγὼ νύκτως Φορῶ.

Reticulo opus est & mitra. Ag. hec quidem est
Capiti que circumponitur, quam ego noctu gesto.

Certe vel mitram, vel mitra similem Apulejanam mitellam
gestat Ceres in elegantissimo vase onychino Serenissimi
Ducis Lüneburgensis & Brunsuicensis, Mysteria Cereris &
Bacchi adumbrante, quod vas eruditissimo Commentario
illustratum edidit vir in deliciis nummariis omnique politiori
literatura versatissimus (ex Cl. Begerijudicio) Nobiliss. Eg-
gelingius. Stat in Vase hoc Ceres in sacello, faces teneas
accensas, nivea veste ob repartam filiam, qua ejus latus clau-
dit, lata. Insuper

crura distincto religavit auro,
luteo plantas cobidente focco,

ut ideo non inconcinnæ φοινικόπελλαν Pindarus μεγαλοφανί-
τατες nominet. Quid autem sub hac Cereris imagine
denotatum fuerit, pluribus agendum, ubi de Proser-
pinæ Mythologia. In hoc ipso vase quoque Ceres
conspicitur in curru cum Triptolemo a serpentibus traxto.



In manu illud gestat Ceres , quod pudor nominare prohibet , naturam nempe sive arvum genitale , sive , ut ab Apuleio nominatur in Apologia , Cereris mundum . Vt enim in Bacchi sacris ostensi phalli ; sic muliebria in Eleusiniis . Audiamus Theodoreum Therap. Libr. VIII: ή γὰρ αἱ τελεταὶ , η τὰ ἔργα τὰ τέτον εἶχον ἀνάγματα τὸν πτένα μὲν οὐ ἔλευσις , η Φαλλαγωγία δὲ τὸν Φαλλόν . *Nam* & initiationes &orgia habebant sua anigmata : Peccinem quidem Eleusis , Phallagogi vero mentulam . Ante currum Cereris , Sacerdotum sive Melissarum una , vitta vel καρυφάλῳ ornata , dextra sacrum offert porculum sive mysticam Catulli porcam , sinistra papaver . Causam hujus oblationis mutuemur e Phornuto de Nat. Deorum c. 28. de Cerer. p. m. 210. οὗ δὲ πληξετ προσπελεῖν λέγεται , διὰ τὸ τὰς οὓς δοκεῖν ληιβότερας εἶναι . η τὸν τῆς ὑγεῶς δόντα αἰνιττομένων ἀντῶν , μρ' οὐ κατὰ γῆς κεύπτει τὸ σπέρμα . i. e. dicitur & porcos interfecisse , quia istud animal segetem depascere & uasitare confuerit . Aut istud animal designat dentem uomeris , cuius ope fulcis semina condere solent agricultorē . Et paulo post p. 211: Θύουσι δὲ οὐδὲ γένη μονας Δημητρεῖ , πάνυ οἰκέτως . τὸ πολύγονον καὶ ἐνσύλληπτον η τελεσθόρον παρεγάγεται . Αγατιθέαστ δ' ἀντὶ η τὰς μήκωνας , κατὰ τὸν λόγον τό , τε γὰρ γρογυνύλοις η περιφερὲς ἀντῶν παρίσησι τὸ χήμα τῆς γῆς , σφιγγεοῦσες οὔσης , η τε ἀνώμαλία τὰς κοιλότητας η τὰς ἐξοχάς τὸν ὁρῶν . τὰ δὲ ἐντός , τοῖς δενδρώδεσι καὶ ὑπόνομοις εἵμαις . σπέρματά τε ἀνώμαλητα γεννᾶσιν η γῆ . i. e immolant autem Cereri admodum convenienter suis prægnantes , propter terræ fertilitatem & faciliter conceptum , & absolutam maturitatem . Offertur Cereri etiam papaver . Ratio autem oblationis est talis : Papaveris rotunditas & globus , terræ formam , quæ sphærica est , representat , Papaveris autem inæqualitas indicat terræ valles , & montium cacumina . Interiora autem papaveris , similia sunt arboribus & cavernis terræ . Per semina innumerabilia terræ fecundam generationem intellige . Sunt &

alia hac in gemma, quæ ad *papa ver* *nōstrum* spectant, imprimis globuli in calatho cum mappa, quos panes e *papa vere* factos credit eruditissimus Eggelingius.


Videtur spicis *papa vere* coronatam ac velatam Cere-rem; nunc calatho ornatam producimus, & *papa vere* insuper superbientem. In Mythologia Ägyptiaca hæc Ceres se conspiciendam præberet, nec mirum, cum Isis Ägyptia una eademque cum Athenensi Cerere. Sic duos exhibet nummos, in quibus Ceres in capite calathum gestat, Illustriss. Baro Spanheim. Observ. in Callimach. Hymn. in Cerer. p.


Tab. VI. 651. Primus Cererem sistit, aut potius Saloninam, Galieni Fig. 1. & 2 Imperatoris conjugem, sub Cereris sedentis, quam calathus in capite ornat, imagine; dextra autem duas spicas, forte & simul *papa ver*, siue infra hastam tener cum inscriptione: CERERI AVG. In altero autem nummo eadem Dea stans visitur, cum calatho itidem Cererisque solitis symbolis, ac cornucopiae & temone, quæ mari haud minus ac terra potentem Deam arguant, cum inscriptione aliquot quidem literis exesa, sed quæ aliunde suppleri potest: ΡΟΥΦΩΤ ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ B. ΝΕΟΚΟΡΩΝ. Sub Prætore Rufo Sardianorum bis neocor. Plane singulare capitii ornamentum est, calatho haud absimile vel corbi, quod in statua Cereris Elefsiniae inter templi olim splendidissimi ruderâ, superbaque cadavera Eleusis detexerunt Ill. Whelerus & Sponius, uterque

Mulium terris jaſtatus & undis,

Principibus gratus qui fuit usque viris;

Eo lubentius hanc Lectori exhibemus æri incisam statuam, cum ambo *papa veris* fasciculæ exornatam scribant, qui Fig. 3 & 4 rament in schemate Sponiano exular. Cum iisdem fere verbis statuam descripserint, nimisque longum foret, amborum inserere, Wheleriana sufficiat, quam mutuemur ex ejus itinere, Gallico sermone impresso, Libr. III. p. 516: Nous





y remarquâmes plusieurs autres grands quarreaux , gravez d' epis de bled , & de gerbes de pavots liez ensemblez , qui etoient les caractères de Ceres . Nous trouvâmes tout proche les restes d' une statuë de la Deesse Ceres , depuis la teste jusq' au dessous de la ceinture , d'un tres beau marbre , blanc , parfaitement bien travaillé , n'estant pas d'un moindre Maître que Praxitele , aussi bien que celle qui estoit a Athènes dans le temple , qui luy estoit dédié . C'est un Colosse trois fois plus grand que nature : il porte deux baudriers qui se croisent l'un l'autre depuis les épaules jusqu'à la ceinture . Sa poitrine paroît naturelle , mais son visage est un peu defiguré , ses cheveux tombent derrière ses épaules , & sont attachés avec un ruban , au droit du cou . Il porte sur sa tête un espece de panier , autour du quel sont graves des epis de bled avec de fleurs de roses & des vases &c . *Illic vidimus plures sat magnos lateres quadratos , quibus frumenti spicae & papaveris fasciculi invicem junci incisi , Cereris consueta symbola . In vicinia tristes reliquias Statuae Deæ Cereris invenimus , a capite ad zonam usque e marmore Pario elegantissime effigie , opus non inferioris certe artificis Praxitele , cuius in templo , Deæ huic dedicato , Athenis quoque statua prostat . Ad Colosorum molem efformata , naturalem magnitudinem triplum excedit ; balteis duobus decussatim ab humeris ad zonam descendantibus exornata . Pedes naturali baude absimile , facies autem deturpata , capilli in humeros dispersi fluctuantisque , lemnisco ad colli dextram necluntur . Fert in capite corbis vel calathii speciem , ad cuius ambitum frumenti spicæ , cum rosarum floribus & vasculis insculptæ . Cl. Sponius expressis verbis addit , des javieles des pavots , qui luy estoient dediez . Papa verum fasciculos ipsi (Deæ Cereri nempe) dicatos & sacratos .*

Stylobatam quoque, seu basin, cui statua hæc Cereris imposita, ab ambobus exhibitam, in quibus & Δαχδία & daduchi in sacris Cereris adumbrantur, a Numilio Nigrino sacerdote Cereris erectam, adjunximus.

Ex hac tenuis allatis patet, Cereri haud invisum fuisse *papaver*; sed probabimus ulterius *amicissimum* fuisse, ut de nomine quoque *nomen* traxerit. Hinc Virgilio
Cereale papaver,

& Columellæ libr. X.

Cereale papaver anetho jungite.

Cereale autem illud dicitur, quod ad Cererem pertinet. Glossa Isidori: *Cerealis*, qui ad sacra stat, nempe Cereris. Turnebus libr. 9. c. 26. Advers. inde dictum putat, quod non solum, uti jam diximus, Cereris simulacra *manu papaver gestare* solebant, sed & ejus antistitiae, cum Cereri sacra fierent. Sic Eleusis quoque, Cereri sacrata, a Virgilio vocatur *Cerealis*. Sic festa Δημήτρια five *Cerealia*, cumque in feriis istis omnis abefset luctus, omnisque moeror; hinc *Cereales coena* de lautis & compluribus ferculis appellantur a Plauto Moenachm. A. 1. Sc. 1.

*Ita est, adolescens, ipsius esce maxime
 Cereales coenas dat, ita mensas exstruit,*

Tantas fruices concinnat patinarias.

in quem sensum *Cerealis pompa*, de coena, in quam longo ordine inferuntur fercula, a Varrone de R. R. libr. 1. cap. II. dicitur.

Servius explicat *Cereale papaver*, quod sit esui, sicut frumentum: hinc *Vescum* quoque cognominatur, quod cibus vescus edulisque sit: nam *vescum*, quo *vescimur*, ita *vesce* salicu[m] frondes, quod escis jumentorum sint accommodatae, & Festus apud Lucretium *salem vescum* interpretatur edacem, qui laxa peredat. Dantur tamen nonnulli,

quibus

quibus vescum idem ac aridum, tenui, exsuccum, macilentum, & ad alendum minime idoneum. Festus quoque: *vesculi*, *male curati* & *graciles homines*, *ausgehungerete*. Hinc in Vet. Glossario *vescus* διηγέσιος, διηγοεν̄s exponitur. Vid. Excell. Gronov. Not. in Agell. p. 7. Praevalet tamen Servii autoritas, cui *vescum*, illud quod esu est. Sed ad Cererem redeo, qua longam famem, Ovidio teste Fastor. libr. 4, hoc cibo solverit:

*Illa soporiferum parvos initura penates
 Colligit agresti lene papaver humo.*

*Dum legit oblito fertur gustasse palato,
 Longamque impudens exsoluisse famem.*

Sic alias Poëta papaver quasi loquens introduxit, his verbis:

*Carpe mortalis mea dona letus,
 Carpe, nec plantas alias require;
 Sed satur panis, satur & soporis,
 Cætera sperne:
 Spiceis ornata Ceres corollis
 Me manu gestat, tetigitque primum
 Ore materni diuturna post je-
 junia luctus.*

*Prætulit cunctis mea jure grana,
 Grana, que certe potuere sola
 Et famem longam simul & dolores
 Solvere longos.*

Non enim cuiquam mirum videbitur, e *papaver* confici posse panes, si locum Dioscoridis quis inspexerit libr. 4. c. 65. p. 266. edit. Sarac. ubi *papaver* θυλακήτις producitur: μάκρων ή μέν τις ἐσίν ρύμερος ηγεντή, ής το σπέρμα αὔγετοιεται εἰς τὴν ἐν γείᾳ χρήσιν καὶ σὺν μέλιτι δὲ ἀντὶ σπόρους ἀντη χρῶνται, καλεῖται δὲ θυλακήτις. *E sati vi papaveris genere, quod hortense sementem in*

panem densatur, qui sanis in usu sit, eo etiam ex melle professo utuntur, thylacitum, quasi folliculosum vocant. Hos, que panes papaveraceos interpretatur, in Mysteriis Cereris & Bacchi jam citatus Eggelingius, occasione omychini. vaf. Serenissl. Brunsvic. Ducis, in canistris globulorum instar. Panes equidem Cereri exhibitos fuisse, nemo erit, qui neget; sic panis Αχαιους. a Dea Cerere Aristophani Acharn. Αχαια dicta, denominationem trahens, offerebatur, tantæ magnitudinis, ut feria Cereris inde Μεγαλάτια appellatae fuerint, ut e Sermo Delio notat Athenæus Libr. 3. Non absimili modo ac in festo Pentecostes, seu Θεοτοκου πυρε, mesfis triticeæ, oblati panes, de quibus Levit. 33. v. 17. Vægrandes & quidem longi VII. palmos, lati autem IV, ut ex Pandectis Iudaorum vir stupenda eruditiois Eduard. Bernard. ad Joseph. monuit, ac inde festum illud μεγαλάτια vocavit. Quibus Illustris Spanheimius Not. in Callimach. Hyon. Cereris addit., Panes propositionis secundum Talmudicorum sensa, maiores adhuc fuisse.

Cæterum si hæc de esu papaveris nondum convincant quendam, adeat insuper Galen. libr. 7. de Facult. Simpl. Medic. qui plurima de papaverere vesco congesit. Hinc *papaver a verbo papare*, quod edere significat, vel cibum poscere, dictum putant Etymologi: Et Varro apud Nonium *papas* dicit a pueris appellari *cibos*. Sic pulmentum infantibus porrectum lingua quoque nostra vernacula *Papp* vocamus; cumque pulmentum illud e farina constet, eoque potissimum nutriantur, non mirum, cur in elegantissima gemma apud eruditissl. Begerum in Thes. Brandenb. T. I. p. 6. (quam Cererem ηερτσέφον καπαιδείλην, ex infantibus in pectora Deæ, cum cornucopis hærentibus judicat Vir παλυμαθέδωτος,) apparent, hæc quippe fusiones in memoriam revocant Cererem Farinaceam, cuius signum Athen.

Athen. Deipn. sub nomine *Cereris ιμαλίδος* apud Siculos cultum meminit. Cl. tamen Taubmannus Comment. in Plautum credit *papa ver* inde dici, quod *papa* sive pulticulae infantum inderetur adversus insomnia. Doctissimus Martinus in Lexico putat, cum *papa* eadem sit ac *mamma*, *papa ver* vero *mammoso capite*; inde denominationis fluxisse ortum, οὐθενός μήνων. Sic apud Gothos quoque *pappa lībare*, *lac sugere*, & *pappar* *mamas* denotat, teste acerrimo Gothicarum originum & antiquitatum vindice, maximi viro ingenii, Cl. Rudbekio in Atlant. sive Manheim. Part. II. qui Suecicam Deam Disam, (hæc cum Cerere terraque una eademque) *Papa* exinde dictam credit, & Herodotum citat, qui terram *Apian* (corrupte nempe ex *Papa*) appellatam annotavit; additque vir stupenda eruditiois, Lappones Moscoviticos, quibus cum Lapponibus Suecicis lingua moræsque communes, Disam sive Cererem vel terram *Slata Baba*, *auream nutritiem*, nominare & colere. Si Papaveris a *Papa* origo, fortasse inde detortum Anglorum *Poppys* & Gallicorum *pavot*, quasi *papot*; sed diversum hac de re hypothesin aluit Gallicorum Etymologorum phoenix, Menagius, dans les Origines de la Langv. Franc. qui *Pavot* deducit de *pappus*, hinc *papputtus*, qui signifie ces petites papillotes, qui tombent des fleurs. An Hispanicum *papoulla* & *bamapoulla*, quo *papaver* denotare scribit Toxit. in Onomastic. Philosop. Medic. inde quoque fluat, illis dijudicandum relinquo, quibus linguam hanc intimus nosse datum. *Amapoula* autem anemonem proprie denotare, testis est Balthas. de Victoria Theatr. de los Dioses de la Gentilidad. P. II. lib. 6. p. 415. Vocatur quoque *Panis Maconides*, cuius Athenæus meminit: Μακωνίδων δ' ἄρτων μηνιούσεν Ἀκρων ἐν τῷ πεντεπαρθενάτῳ ὄντως. εκλίναι μὲν ἐπὶ πόδι καὶ τόσι τρέπεσθαι μακωνίδων ἄρτων ἐπιτεφεῖς εκλίνω τε επισάμψεις μὴν πελίχυαις πέδαισ:

i. e. Maconidis panis Alcman libro decimo quinto sic meminit: *Leđi quidem septem, mensa totidem, onus&e pane Maconide, lino, sesamo, līvidis compedibus.* Ad hāc verba ὁ πάνυ Casaubonus, Animadvers. in Athen. Cum aliquid studiose politum significare vellent, σημειωθεῖται *papa-verē ac sesamo sparsum dicebant.* Petronius: *Audiunt mellitos verborum globulos, & omnia dicta factaque quasi papaverē & sesamo sparsa.* Huc quoque collineant illa ex Plauti Poenulo Act. I. Sc. 1. ubi puella amasio videtur nil nisi *laticulos, sesamum papaveremque & triticum & frictas nuces loqui.*

Maconidibus Alcmani *panibus* non erant dissimiles, qui aliis Græcis ἐνθαλάμια vocabantur, sesamo quoque papavere que condita. Hesychius ἐνθαλάμια πλάσματα ἐν μήκων τριγώνου. *Enthalamia placenta e papaverē & sesamo.* Spectat etiam huc *panis boletinus* apud Athen. Deipn. libr. III. p. 113. οὐ δὲ βωλητίνος καλέμενος ἄρτος πλάττεται μὲν ὡς βωλίτης, καὶ λείφεται ἡ μάκτη ύποπαστομένης μήκων εἰδὲ ἡ ἐπιτίθεται ἡ ματρεῖα. i. e. quem Boletinum panem appellant, forma boleti singitur. Panem hunc antequam pinsant, oleo madra inungitur, deinceps subtus aspergitur papaveris semen, post superinjicitur materia &c. Quæ omnia haec tenus allata demonstrant ad oculum, vescum fuisse papaver, & pinsendis panibus ac inspergusonis aptissimum. Firmat præterea Philostrati locus Imag. Libr. 2. p. m. 851. Edit. noviss. ubi pictura agri domino xenia sua offerens, inter obsonia *papaver* recenset: οὐ εἰ μὲν ὅψε τῇ χρήσεις, αὐτοὺς ἔχεις, τῷ τε γὰρ μαραθέον μετέχουσι, οὐ τῷ σελινοῦ, οὐ ἔτι τῷ μάκκων, ἀλλά οἴγινον μόνιμα τῷ ὑπνου. Et si quid obsonio indiges, eosdem habes, nam & marathri & apii, papaverisque illis copia est, quod somni est condimentum. Vt silentio involvam, *papa-verē*

ver tostum cum melle in secundis mensis olim positum esse, teste Plinio & Poëta Anglo:

*Ipse se nostro exilarat sapore,
Meque commixtus liquidoque melle
se vel ad mensa relevat secundæ
panis honorem.*

Sed quid opus est, ut canam hac in re consulamus antiquitatem, cum exempla apud nos hodie affatim prostent. Sic Tabernæmontanus Rei Herbar. Libr. VII. Sect. 6..cap. 1. annotat, multis in locis semine papaveris vesci plurimos, ad saturitatem usque immixto pani, illudque jucundum ac suavem saporem afferre, & minus stupefacere. Sic Matthiol. in Epist. & Bauhin. Hist. Plant. T. III. p. 393. testibus, omni exceptione majoribus, *placentas e papaverē comedunt Tridentini, Austriaci,* aliquie innoxie. Tilingius de Laud. Opiat. memorat: *Neapolit. fieri pulmenta e papaverē;* quibus plures ad satietatem veluntur. In Silesia vulgus *placentas & panes papaveraceos* dicos conficeret, Cl. Schwenckfeldius in Catal. Stirp. Siles. testatur. Sic Judæi in hunc usque diem papaveris semen panibus uberrime insperguson. Accedit nuper, cum in horto nostro Furthensi ambulans, maximamque papaveris hortensis copiam oculis lustrans, ex hortulano causam expiscarer, cur tot in cultum plantæ hujus sumptus, agellique partem collocaret, unde illi vel parum vel nihil lucri & solatii suppeteret? Utique ex hac planta luculentum redundare quæstum regesit, cum semen papaveris hortensis avidissime expertant ad panes inspergusonos incrustandosque Judæi, qui in cultissimo hoc vico, si Pragam, Hamburgum & Francofurtum excipias, in Germania alibi vix frequenter degunt. Ansam hoc dedit, ut ex Affine dilectissimo, Da. A. A. Knollæo, (qui

propinat seculo,
Quod impeditum Talmud-arcانum legit:
non unquam tulit
Documenta quis majora, quam fragili loco
Gens caca flaret,

uterius quererem, quid ex Hebraeorum scriptis de papaveris usu ipsi innoverit. Respondit ad hæc Vir Ἐβραιωτατος, a nomine Judæorum Furthi agentium resciscere potuisse verum papaveris nomen, illudque sub nomine Σεσάμιον exprimi, ad unum omnes adseverasse, idque acerrime medicum, gentis Iudei Sabbaticæ salario conductum, praxique vacantem defendisse; nec fidem profecto his verpis recutitis habuisset, nisi apud eruditiss. Buxtorf. Lexic. Talmud. p. 2462. quoque existaret σεσάμιον oleum quosdam pro papaveraceo habere.

Hoc tamen non obstante, aliam alit vir mihi amicissimum sententiam, פְּרוֹגִין potius quam Σεσάμιον papaver nostrum esse. Rationes, quibus inititur, hæ sunt: (1) quod Σεσάμιον vel ipsis literis cum Sesamo conveniat, a papavere plane distincta planta. (2) Arabice idem fere habeat nomen; si enim Versionem Plemorianam Canonis Avicennæ (optimam certe, & de qua vere cecinit Heymbachius:

*Alter Arabs orbi velut est Avicenna vetustus,
Alter sit Latius, sic Avicenna novus,*

consulamus, Sesamum Ttsimsim dicitur. (3) Bartenorius expressè papaveris nomine exprimat. In Tractatu enim Talmudico Cap. II. §. 7. legitur: Si oryza, milium, σίγαρον (papaver) & Σεσάμιον (sesamum) ante primordium anni septimi radices egerint, decimæ inde exsolvantur, prout præcedaneo anno ea decimandi ratio exigit, & dum licet ista percipientur ipso intermissionis seu septimo anno; sin secus, in Heptaëteridis feria usu interdicuntur, & pro ratione anni insequentis decimantur.

mantur. Ad hæc verba Obadias Bartenorius commentatur (^a) Malogranati instar oppletur semine, quod intra caput suum agitatum, tinnitum sive strepitum aliquem edit, Arabice קשכש mea vero vernacula פְּרָגִין papavero appellatur. Σεσάμιον vero oblongum est semen, in terra Israelicica uberrime crescents, Arabice διέτομον, cui sententia (^b) Rambam quoque adstipulatur, (^c) וְרַבְנִין vero in hæc scribit verba: פְּרָגִין in Aruch exponitur lingua Cananæה פְּרָגִין instar malogranati referuntur est semine, quod in capite suo concussum, tinnit quemadmodum Sesama.

In Gemara Rosch Haschona p. 13. b. allegatur eadem thesis, & queritur? Cum ceteroquin de anni septimi observatione regula prudentum habeatur: Arbores secundum protrusionem fructuum, olivæ secundum tertiam maturitatis partem, olera secundum collectionis tempus astimantur: hisce enim momentis in septimum annum incidentibus, fructus reputantur septimi anni: Quæritur, inquam, ad quam speciem ista legumina referantur? Rabban vero respondit, jure meritoque inde excipiuntur, eum non una vice, sed hodie paucula grana, cras iterum aliquot colligantur, quo pacto in proclivi foret, nova cum antiquis i.e. granula novo anno collecta, cum granis præterito anno desuntis commisceri, quod autem nefas ducitur. Hinc rectius secundum tempus, quo radices egerunt, quod fere unum est, astimantur. Vid. etiam Tosephos. Ad vocem פְּרָגִין hoc loco expressam, Raschi commentatur: Barbare dicitur מְרַגֵּן quis hoc a Græco Μήνιον detortum esse neget, aut amplius dubitet, cum itidem quoad crepitacula exprimatur. Hæc nobis haec tenus de papaveris & sesami distinctione suggerit opus Talmudicum,

*inconstans breviarium relatum,
distortum ambiguumque deviumque
meræ Juppiter oscitationes!*

Sed depromisit vir amicitia mihi conjunctissimus ex vetustioribus adhuc Judæorum monumentis, sesama & papavera distincta fuisse. Sic liber Siphro Talmude antiquior: p. 53. col. 4. c. 7. hæc habet: Vnde constat de oryza, milio גָּרְבָּה (papavere) & שְׂסָמָם (sesamo) quæ ante primordium anni septimi radices egerunt suas, quod anno sabbatico seu septimo licite possint colligi? e verbis liquet Lev. 25. 3. & proventum ejus colligit anno puta septimo. Et Rabbos, scriptum Talmude pariter antiquius: p. 124. col. 4. R. Bajo de oleo ad sacras lucernas juxta Levit. 24. v. 2. comparando tradidit: oleum requiri olivarum, non sesamorum (de pargin idem plane judicatur) non nucum, non raphanorum, non amygdalarum. Præmissis his, revertimur ad panes Judæorum, papavere confispersos, illosque non quidem mazas Pascharos festo confectas non fermentatas esse, quod hortulanus rei hujus ignarus retulit, sed alia panis genera. Quanquam ex commentatione R. Maimon. in Tract. Talmud. Challa cap. 1. §. 2. p. 72. b. lictum fuerit mazas inspergere papavere, cum oryza, milium, גָּרְבָּה & sesamum inter illa recensentur, quæ non ad fermentationem, sed pütrefactionem tendunt. Papaveris semine apprime panes sabbaticos, Berches dictos, *Die Sabbathi Medicæ* inspergunt: cuius rationem reddidit Judæus, si ullus eorum re & nomine bonus: quod nempe semen papaveris ad maritalem multum tribueret consuetudinem; piorum vero Israëlitarum mos sit, sabbathicis tantum noctibus uxoribus suis consuescere, sanctissimum hujus officii partes explere. Testimonium vero typis excusum, qualia exstare non dubitat, ullum suppeditare vel non potuit, vel noluit.

In Thuringia & Saxonia inferiori quoque placentulas papavere inspersas, quoties libitum est, sine ullo detimento comedunt, imo isti acerarii quoque *papa verinum oleum*, vices olei olivarum supplet. Quod de incolis Argoviae pariter confirmat Cl.

Wagnerus

Wagnerus Histor. Natur. Helv. p. 262. ulteriusque annotat, nonnullos etiam *butyri* loco in cibis *papa veris* adhibere, cum farina etiam subigere, & sine noxa comedere. Confer. Excl. Sim. Pauli Quadrip. Botan. Cl. III. p. 424.

Dictum quoque *Cereale papa ver* autemant, quod *Ceres* post amissam filiam, e Plutonis regia non amplius reducendam, consilio Jovis, eo primum cibo ad doloris oblivionem usa sit, ut revera *papa ver* Cereri extiterit, quod de *Nepenthe* Homerus Σιοτάτος των ποιητῶν scribens,

Νηπενθής τ' ἄχολόν τε παντὸν ἐπίληθον απάντων,
Luctus atque iræ expers malorum omnium
inducens oblivionem.

Hinc Marius Shipanus, vir non tantum Medicorum, sed omnium consensu doctrina & eruditione præcellens, e Petri de la Seina judicio, affirmare & facile assentiri comatur, *herbam Polydamna & Thebarum papa ver*, idem fuisse. Sed nolo huic diffusæ immorari materiae, cum illam summa cum laude exhatuerint Petrus de la Seina in Homeri Nepenthe, sive de abolendo luctu libro, & Petrus Peticus in Homeri Nepenthe, sive Helena Medicamento: Sed plurimi dubitant, an *Nepenthes*, sit simplicibus medicamentis accensendum, & annon forte e Chemicorum prodierit schola, quæ nimium quantum in Ægypto floruit. Hinc aureum vellus liber fuisse dicitur e membranis sive arietis pelle, in quo continetur, ut scribit Suidas, auri conficiendi ratio, & apud Apollonii Rhodii Scholialem μέσοδος χευ-
κοπάξιος καὶ χευτογένεσις, aureum vellus exponitur. Anonymous de Incredibilibus, Heraclito longe recentior, a Leon. Allatio edit. & cum opusculis Mytholog. a Thom. Gale recusis p. 86. de vellere aureo n. 3. statuit, vellus aureum librum in pelibus scriptum esse, continentem, quanam ratione per Chemicæ artem aurum conficiendum esset. Imo Orpheus videtur id apertissime:

G 3

demon-

demonstrasse, auream Ovis pellem, pendentem inter varia planatarum genera, describens; qua in descriptione cum *papa ver* quoque locum inveniat, ea hic ut inseratur, necesse judicavi.

Ασφόδελος, πλυμένος τι καὶ ἐνεδής θάλαντρος,
Καὶ θύροις ἡδὲ κύπτεσσον, ἀγισερέων τὸ ἀμενηνόν,
Οὔμιός τε καὶ εἰρήνημον, μικλαῖς τε θεοῦδής,
Στοιχάς, παιονίη τε, κατερνές τε πολύνυμον.
Μανδραγόνης, πολιόν τ', ἐπὶ δὲ Φαφαρὸν δίπταμον,
Τυρούμιος τα πρόσθιον, ἵδε παρθαμον ἐν δὲ ἄρα ιηρος.
Συίδας, ἡδὲ Χαμαιμηλον, μήκον τε μέλανα
Ἄλκας, καὶ πάγακες, καὶ καπτανον, ἡδὲ αἰνόντον.
Ἄλλα τε πολλά -
Ἐν δὲ ἄρα οἱ χρύσειον ἐπενερέματ' ἔνθα καὶ ἔνθα
Οξηπηκος ταναοί δέρας, τό ινεν αἴψα δομένει
Δεινός ὄφις, θυντοῖς δόλον τέρας, ἢ Φατόνιον εἰπεῖν.

Asphodelus, clymenusque & pulchra adiantus
Et chryson & cyperus, & aristereon evanida,
Horminumque & erysimum, cyclaminusque divina,
Stoechas peoniaque, depressoisque ramos habens polycemon,

Mandragora, polionque, prætereaque subtilis dictamnus,
Odoraque crocus, & cardamon: præterea cemus,
Smilax & charmaamelon, *Meconque nigra*:
Alcea & panaces, & capasum & aconitum
Aliaque multa. - - - - -
Inde aurea dependet ab utraque parte
e longo quodam ramo pellis, quam prope observat,
Horrendus serpens, mortalibus pernitosum portentum inenarrabile.

Extra omnem dubitationis aleam posuisset, quid revera Nepenthē fuisset, & an in ejus confectione *papa ver* locum invenerit,
si Tract.

si Tract. de Nepenthe Turcarum, quem Cl. Vogelius, Hamburgensem quandam Archiater, sub manibus habuit, invida faca præli carceribus, quibus jam paratus erat, non eripuerint. In Pharmacopœa Persica Fr. Angeli a St. Josepho occurrit Magloun bah Mousfarrah, *Eleuctuarium exhilarans*, eandem cum Nepenthe vim possidens: atque hoc *papa ver* ingreditur. Meminit quoque Eleuctuarii Hoschen beghi, ab ejus inventore nominati, quod ob stupendas, quas exhibet animo relaxando vires, Thecombroton Plinii libr. 24. c. 17. esse credit. Conferantur & ea, qua de radice *Bisch* refert: hæc enim, dum miram latitiam & sensuum quietem per totum quasi corpus diffundere videtur, Nepenthis supplere vices, & *papa veri* comparari poterit.

Cerealis cognomen papaveri quoque tributum videtur Servio, quod Ceres *Meconem* Athenensem juvenem dilexerit, & in *papa verem transfiguratum*, tutelæ sua jussiter reservari. Fuisse autem formosissimum juvenem, idem Servius ad Eclog. II. Virg. & quidem v. 47.

Summa papaveri carpens
Narcissum & florē jungens bene olentis anethi,

annotat, *Papaverem, Narcissum & Anethum*, qui in flores suorum nominum versi sunt, pulcherrimos fuisse pueros. Certe quis nostrum, quisquilius has inanum & male cohærentium fabularum de Diis Deabusque gentilibus recensens, temperet a risu? Hoc cum cerneret Imperator religionis nostra, cui semel se addixerat, desertor, & Paganismi acerrimus promachus, tandem fatari coactus fuit: ὥντεν ἔλληνες μὲν τὰς μέθους ἔπλασαν ὑπὲρ τῶν Θεῶν ἀπίστους, καὶ τερατόδεις. *Atqui Greci fabulas de Diis confinxerunt incredibiles & portentosas.* Vid. Cyrill. libr. 11. advers. Julian. p. 44. Edit ult. Oper. Julian. ab illustriss. Spanheim procuratae. Denique *Mecon*, quod hic obiter noto, Philosophus

Iosophus exstitit, ad quem epistolæ extant a Theophylacto Simeocatta scripta.

Amplius *Ceres locum*, in quo *fructum papaveris* primo inventum, *Mecon vel Meconem* sive *Cerealem* nominavit, quæ postea Sicyonis nomen obtinuit, teste Stephano Byzantino, qui eam in Peloponnesum, non procul a Corintho, collocat, qua in urbe templum Cereris Plethora, gratiam Deæ pro filii nutricatione referens, erexit, teste Pausania in Corinthiacis c. XI. p. 135. Porro eodem dicente, a *Sicyone recta Phliuntum contendentibus occurrit lucus Praestiti Cereri & Proserpinæ sacer cum templo*. Hesiodus *urbis Mecones* meminit, Θεογ. 535.

μεν γαρ ὅτι, ἐγίνοντο θεοὶ θυητοί τ' ἀνθρωποι
Μηκάνων.

Etenim quando disceptabant inter se Dii mortalesque Mecone.

Ad quem locum Scholiafestes Tzezes: ἐν τῇ μηκάνῃ (forte Μηκάνῃ) ἐγίνοντο τίνες Θεοὶ, ποιές ἀνθρώπους λόχους μετὰ τῶν πόλεων Μηκάνη δὲ, ἡ ποτὲ συνιών (leg. συνών) λεγομένη, ἐστὶ δὲ πόλις Αἴγαυος, λέγει δὲ περὶ μήκους, λέγει τε Θεῶν καὶ ἀνθρωπῶν. *Meconæ* (*Meconæ*) disceptarunt quidam Dii, quos homines fortirentur post bellum.

Mecyne (*Mecone*) quondam *Sicyon dicta* est, civitas Argus; & dicitur a longitudine vitæ Deorum hominumque. Callimachus vocat *Meconen* Deorum sedem in Fragmentis, & quidem e Collect. eruditiss. Rich. Bentley. n. CXCV.

Μηκάνην μακάνων ἐδέαντο ἄντις ιδεῖν.

Meconam Deorum sedem rursum videre.

Ad quem locum illustrandum Pindari Scholiafestem VII. Nem, adducit, e quo palam fit, *Meconem in Sicyone fuisse*. Sic enim ille: Οἵστις δὲ ἱερὸν τὴν συνῶν προστηγέσεν, οὐ γάρ μηκάνη ἐπάντης εἰναι, ἐφ' οἷς εἰ Θεοὶ διεδύσαντο τὰς τυπάς h. c. proprio autem sacram *Sicyonem cognominavit*. in ea autem *Mecone* est, in qua Dii decreverunt de hominibus.

Denique

Denique cum apud antiquissimos scriptores trium præcipue papaverum mentio fiat, albi, nigri & lutei, sive corniculati; sic & Ceres triplex memoratur, alba, nigra sive μελαίνη, ac περσίτης. Ad *Albam* quod attinet, de illa locus Poëta: *Alba decent Cererem, vestem Cerealibus album sumite.*

Quippe sicut in omnibus fere sacris albus usurpabatur color, (unde alba & candida turba, linigeri, &c. pro sacerdotibus;) ita quoque in sacris Cereris. *Albus enim Color*, Cicerone sic sentiente, *Ditis decorus est*. Aliquando tamen nigris uti solebant, cum & Ceres nigra sive μελαίνη culta fuerit. Hujus meminit Pausanias in Arcad. p. 608. Edit. Kühn. ἐπὶ τίμου τε φράξεις βασιλεύοντος Φεαίδη φραγμέσιν υπὸ πυρὸς τῆς μελαίνης Δίηντρος τὸ ἀρχαῖον ξύλον. Regnante Simo Phigali filio consumptum est igne apud Phigalenos νευτυλίστιμον πιγραὶ Cereris simulacrum. Simulacrum autem ipsum sequenti delineat modo libr. 8. p. 686. καθέεσθαι εἰπὶ πέτρᾳ, γυρωνὶ δὲ ἐουσίας τῷ ἀλλῳ πρήτῃ πεφαλήν, πεφαλή δὲ καὶ κομή τιχεῖν ἵππου, καὶ δραμιντα τε καὶ αἷλον θηρίον ἐπονεῖς προστεφνισταν τηνεφαλή, χιτών δὲ ἐνεδέδυτο καὶ ἀκροὺς τοῦτο πόδας δελφίς δὲ ἐπὶ τῆς χειρὸς ἦν ἀντη, περισσεῖ δὲ η ὄγης εἰπὶ τῇ ἑτέρᾳ. i. e. *Saxa insideret muliebri figura, præter caput, quod equinum, atque adeo cum juba esset, draconibus & aliis feri, ad caput alludentibus, reliquo corpore ad imos pedes tunica velato, altera manu delphinem, columbam altera præferente*. Causam quoque subnequit, cur nigra dicta fuerit, nempe quod *Ceres nigram vestem*, tum ira in Neptunum ob commixtum concubitum, tum luctu de Proserpinæ raptu commota, sumserit. Hæc origo nominis, quæ cum nigra diceretur, illi qui ejus ξύλον bajulabant, vel vestem, aut peplum, aut velum portabant, jure dicebantur μελαίνοφεροι, & a Deæ, quam colebant, nomine denominationem accercebant, ceu eruditissimam his de Melanophoris epistolam scripsit ad Generos. Dn. Cuperum, coetus Gallo-Belgici quondam Antistes doctissimus, Stephanus le Moine, vir

multijugæ certe lectionis. De *Flava Cerere* non est, quod dicam, cum paſſim apud Poëtas a messis *flavedine* hoc epitheton habeat, & jam apud Homerum Iliad. E. ξανθὴ ἀρμῆτης. *Cornutam* vero Siculorum varii nummi exhibent, in quibus caput muliebre occurrit *cum spicis*, & *cornu* taurino e temporibus erumpente, quandoque etiam sine spicis; cujus rei indicia suppeditabunt imprimis aliquot Panormitanorum numismata apud Parutam N. 130. & 149. Binos dissert. VII. de Prast. & Vſu Numism. p. 394. Edit. Londin. in fol. inseruit Illustriss. Spanheim. ex quo mutuo sumimus B. L. oculis exhibendos.



Cur Sicilia quoque Meconia dicta fuerit, fusius dicam, ubi de Sicilia, tota pāne Cereri consecrata, scribendi materiam natus fuero.

Sed hæc de *veteri Cerere* dicta sufficient; nunc juniores & novas Cereres papaveris spicarumque largitrices producam. Vocatur proprie Proserpina Cereris filia, sive Libera, γεωτέρα Δημήτρης. Discimus hoc ex Euripidis Scholiaste ad Phœniss.





nisi v. 689. p. 326. seq. Edit. Henr. Steph. in quarto: οὐνοματεῖ παρόστον ἡ μὲν κόρη καὶ περσεφόνη, ἡ δὲ Δημήτηρ καὶ γῆ καλεῖται, μὲν πρεσβυτέρα, ἡ δὲ νεωτέρα. *Binomines sunt, altera Kore & Proserpina, altera Ceres & Terra* vocatur, *haec quidem senior, illa autem junior.* Haud aliter nempe ac ab Aeschyllo distinctum legas Euim. v. 724. ἐν νέοις τε καὶ παλαιώτεροι εσοις, inter novas seu juniores Deas & antiquas. Successu temporis gliscente & latius serpente adulacionis criminis, novæ Dæa Cereris nomen & effigiem, tam nummis quam gemmis ac marmoribus, in Augustarum & Reginarum honorem cufis & sculptis, impressis malefada assentatio subditorum. Innumerum horum recensere numerum, qui Cererem novam sub Augustarum schemate exhibent, nimis longum foret; sufficiat illorum nonnullos tantum oculis examinique subjicere, spicis papavereque simul insignitos.

Agnen ducat *Livia Drusilla*, foemina omnium illius tempore peftatis præstantissima nobilissimaque, Augusti ultima coniux. Hujus statua tanquam renascentis novæ Cereris, spicas & papavera manu dextra tenentis, a Claudio Imperatore templo divi Augusti illata, atque in semiunciali numismate æris Corinthiaci mixti sculpta est, cum ipsis Augusti ex una parte effigie & inscriptione: *DIVVS AVGVSTVS*, exalteta Livia, sub Cereris sedentis ex adjunctis symbolis cognoscenda, effigie, addita epigrapha: *DIVA AVGVSTA*. Jungimus huic statuæ & nummo ab An. Vico in Augustar. Imag. p. 46. obviis, elegantissimam gemmam vereque Augustam Tiberii Caesaris, quam illustratam Nobiliss. Rubenius edidit, eandemque, aliis insuper additis, recudi curavit gente non minus quam eruditione illustris Baro le Roy in Achate Tiberiano. Apparet illic Julia Augusta in eodem, quo Tiberius, folio sedens, manu sinistra spicas & papavera exhibens, Cereremque representans. Vel ad hanc Julianam, vel illam Titi filiam, de qua mox, spectare videtur Inscriptio Sponiana:

ΙΩΤΑΙΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ ΕΣΤΙΑΝ
ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ Η ΓΕΡΟΥΤΙΑ.

Juliam Augustam Vestam, novam Cererem consecrat, ex Illustr. Cuperi versione. Cl. Sponius quippe verterat: Julianum Augustum Vestam novam Cereri consecrat Senatus: hancque inscriptionem non Julia Tiberii, sed Julia Dominae attribuerat. Hac eadem Augusta Julia, divi Augusti filia, est in nummo eruditiss. Falconerii, & ex una nummi parte Junonem, ex altera Venerem exhibet, cum inscriptione: IOTAIA HPA & IOTAIA AΦΡΟΔΙΤΗ. Vid. Cl. Harduinus, Societatis a Jesu dicta Presbyter doctissimus, in Numm. antiq. Popul. & V. b. p. 337. NestimusJuliae Augustae Livillam, Germanici sororem, Druso Tiberii filio nuptam, in gemma Bakingamii, ferta e spicis & pavere contexto coronatam, seu Cererem novam, apud Rubenium in Gemma Tiberii.


Succedat Drusilla, Caii Caligulae optimorum parentum, Germanici & Agripinæ, pessimi filii Soror, quam stupro maculatam pro Augusta non tantum haberi, sed cognomine Pan-

Tab. VIII. Nummus hujus Drusillæ est apud Nobiliss. Wildium in Select. Numism. antiq. Ab uno latere est Caligulae Laureatum caput, cum inscriptione, admodum ob literas vetustate exesas manca, . . . MĀNIKON EPI IOTAIOT . . . MANICVM SVB IVLIO. Ex altera parte Drusilla sedens, hastata, spicas & papaver dextra tenens, cum inscriptione: APOTΣΙΑ . . . MENOPANΗΣ DRVSIL . . . MENOPHANES. Et quia Pratoris hujus Menophanis nomen in Ephesiorum nummo apud Harduinum occurrit, hoc numisma quoque ab Ephesiis in honorem Caligulae, cui Drusilla cunctarum charissima erat, fuisse eiusum Vir Clariss credit. Sed si scientissimum in studio nummario Dn. Valentium de Nummis Gracis evolvamus, Smyrnæorum nummus ejusdem Caligulae occurrit, e gryzophylacio Dn. Faucaut desumptus, e quo Wildianus sup-

pleri

Tab.





pleri & illustrari potest. Legitur quippe circa caput Caligulae ΦΑΙΟΝ ΚΑΙΚΑΠΑ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΝ ΕΗΙ ΑΟΥΩΔΑ. Cajum Cæsarem Germanicum sub Aviola, nempe Proconsule: ex aversa parte ΔΡΟΤΣΙΔΑ. ΣΜΥΡΝ. ΜΕΝΟΦΑΝΗΣ *Druſillam Snyneorum Menophanes* colit. Occurrit quoque Menophanis mentio in nummis Pergamenorum apud eundem Valentum cod. loc. & pag.

Augustarum tamen nulla saepius sub Cereris schemate visatur in nummis, quam *Agrippina*, ultimi Claudi Imperatoris *Tab. VIII.* conjux, Neronis mater. Spicis quippe papavereque coronata *Fig. 3.* conspicitur in nummo apud Aen. Vicum in Augustar. Imag. p. 88. Apud Doctiss. Patin de Numm. areis Imper. p. m. 109. se offert nummus cum capite Agrippinæ, e collo spicæ prodeunt intermedio papavere, quem dabimus, ubi de Pace sub Cereris symbolis depicta acturi erimus. Altius insuper Agrippinæ numisma in Thes. Brandenb. T. III. p. 95. in quo manus spicas & papavera tenens, cum inscriptione: ΕΤΤΟΚΙΑ, quæ omnia *Tab. VIII.* in Agrippinam novam Cererem quadrant, illamque innuunt. *Fig. 4.*

Valeria Messalina sequitur, uxor Claudi, quæ libidine & avaritia omnes, quæ sunt, quæ fuerunt, foeminas antecessit, quippe quæ Plinio teste libr. X. c. 63. & libr. 29. c. 1. intra unius noctis disique spatium in publico lupanari se prostituendo vires & quinques plus re absoluta, meretricem, quacum vestes mutarat, superavit, adhuc dám

*ardens rigide tentigine vulvæ,
Et laffata viris nondum satiata recedens.*

ut Juvenalis de illa Satyra VI. canit. Illud omnis ævi prostibulum, nova Juno appellatur in nummo stupende raritatis apud Cl. Valentium de Numm. Græc. p. 14. c. circel. Nobil. Veneti, Hier. Corrarii; ubi Junoni symbola Cereris, spicæ e mammis *Tab. VIII.* progerminantes, attribuuntur: nec dubito, papaver quoque *Fig. 5.* adeste, sculptoris incuria omissum.

Tab. VIII.
Fig. 6.

Statilia Messalina, quæ post quatuor matrimonia diverso exitu soluta, postremo Neroni nupsit, post quem intereremtum cum opibus & forma, & ingenio plurimum vigeret, consecuta est usum eloquentiæ ad studium declamandi. Hæc Neronis adhuc vivo in nummo exhibetur, in quo caput Neronis cum inscriptione: ΝΕΡΩΝΟΣ ΚΛΑΟΤΔ. ΚΑΙC. ΣΕΒΑΣΤΟΥ. ex aversa parte Cereris simulacrum, duo papavera dextra manu, sinistra spicas tenens, cum inscriptione: ΜΕΚΚΑΛΛΙΝΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΝ. apud Tristianum, virum in re nummaria reconditionis doctrinæ titulo dignum, Comment. Hist. T. I. p. 245. Hæc illa Augusta, cuius ætas nonaginta novem annos attigit; uti hoc Seneca memorat Epistol. 77: *Nulla vita est non brevis: nam si ad naturam rerum resperxeris, etiam Nestoris & Statiliae brevis est; que inscribi monumento suo jussit: Annis nonaginta novem vixisse. Vides aniculam gloriari senectute longa?*

Domitianus nummus in Thesauro Brandenb. reperitur, in quo post Angelonum, eruditissimus Thesauri hujus interpres,

Tab. VIII.
Fig. 7.

non Cererem, sed sub Cerere veteri repræsentatam *Domitiam Augustam* credit, in cuius nummi aversa parte fasciculus spicarum (Æn. Vico panarium) cum papaveribus, cerealibus munieribus obvius. Conjungimus Domitiae *Juliam*, Titi filiam, repudiatae a Domitiano Domitiae succedentem, quam cum abortivum abjicere persuasit, illam duxit, teste Juvenali:

*Cum tot abortivis fœcundam Julia vulvam
solveret, & patruo similes effunderet offas.*

Cum incestum commisisset cum patruo, ubi esset adhuc vidua, credita est eo tempore ex Domitiano in utero gestare. Huic

Tab. VIII.
Fig. 8.

Juliae e SCto nummus cufus, in cuius parte altera Juliae facies visibatur, in altera impressa Cereris Deæ imago, dextra spicas & papavera, sinistra hastam sive sceptrum, divinitatis symbolum, tenens, cum inscriptione: CERÈS AVG. apud Æn. Vicum in Augustar. Imagin. p. 182. Hæc cum in nummis Vestæ imagine super-

superbiat, haud multum quis aberraverit, si Sponianam inscriptionem, Juliae Tiberii conjugi adjudicatam, huic vendicare voluerit.

Sabinam Hadriani Augusti conjugem ceu novam Cererem cultam fuisse, inscriptione Sponiana sequens edocet, Megaris in Attica reperta, ejusque Itinerario Attico illata:

ΣΑΒΙΝΑΝ ΒΑΣΙΛΙΚΚΑΝ ΣΕΒΑΣΤΗΝ
ΝΕΑΝ ΔΗΜΗΤΡΑ
ΑΤΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΑΔΡΙΑΝΟΤ ΓΥΝΑΙΚΑ
ΠΑΜΦΛΟΙ ΤΠΟ ΤΗΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ ΙΟΥΛΙΟΥ
Κ' ΝΔΙΔΟΤ

ΤΟΤ ΚΡΑΤΙΣΤΟΤ ΑΝΘΠΑΤΟΤ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟC
ΑΙΧΙΩΝΟC ΤΟΤ ΔΑΜΟΚΡΑΤΟΤC.

Sabinam Principem *Augustam*, NOVAM CEREREM, Imperatoris Hadriani conjugem, (venerantur) tribus universæ, Julii Candidi opera, egregii Proconsulis. Prætore Åschione Democratis F. Firmat hoc magis nummus Magnesiorum Asie, in quo adversa Hadriani & Sabinæ capita, cum Cerere stante, dextra spicas, sinistra cædam gerente, & papavere ad pedes, de quo in nummis Μαγνήτων.

Quod ad Crispinam attinet, infelicem Commodi conjugem, elegantissimum nummum promit Nobiliss. Tristian. Commentair. Hist. T. I. p. 723. in quo Crispinæ Deæ habitu, sinistra Tab. VIII. Cornucopiae, dextra Victoriam teneris, quæ Crispinæ Lauream Fig. 9. porrigit: adstat panarium spicis & papavere repletum ad pedes, a tergo in puppi tres infantes ad partem medium, quorum ultimus adhuc involutus fasciis. Licet Fortunam denotet Deæ effigies, quæ Crispina hoc in nummo exhibet; panarium tamen cum infantibus & fertilitatem & fœcunditatem signant, Cereri consuetam. Cui accedit, in aliis quoque nummis Crispinam Cereris adumbrari imagine, ut in nummo Byzantino-rum & Cianorum, ubi tanquam Ceres gradiens, utraque rædam ferens, apud Cl. Valentium. Lucem huic quoque nummo Crispina affert, quem alibi explicavimus, nummus cum inscriptione: Felicitas temporum.

Datur

Datur & *Julie Domne* nummus, a Philippopolitanis cū-
sus, sub Tiberio Barbaro Präside, forte tessera grati animi, eo
quod Imperator Septimus Severus ad metropoleos dignitatem
hanc evehit urbem. In eo conspicitur Augustæ effigies, juncta
inscripione: IOIA CEBACTH: ex aversa parte Ceres tanquam
velata, turrito capite, medio corpore monti Hæmo sive Æmo,
(hinc urbi Hæmimontii nomen) infidens, cui & sinistra inni-
titur, dextra spicas tenens & papavera. Vid. Cl. Valentij de
Numm. Grac. p. 96. Edit. ult. Idem typus in nummo *Salustie*
Barbie Orbiane, Alexandri Severi conjugis, de quo plura in
nummis Siderorum Pamphyliæ.

Tab. VIII.
Fig. 10. *Otaciliae Severæ*, Philippi senioris Augustæ, nummus in
aversa parte habet Cererem sub Fortuna stantis schemate, dextra
spicas & papaver cum temone, sinistra Cornucopiae tenens,
cum epigraphe: ΕΠ. Φ. ΦΙΚΙΩΤ ΑΡΧ. ΕΤΜΕΝΕΩΝ. ΑΧ. Sub
Flavio Phisico Pontifice Eumenenstum Achæorum.

Tab. VIII.
Fig. 11. *Claudat Augustarum agmen* nummus *Furiæ Sabine Tran-*
quillinae a Nicomediensibus percussus, in cuius aversa parte Ce-
res velata, dextra spicas & papaver, sinistra tædam ardente
præferens.

Et quis omnes Augustarum nummos, quibus novæ Ce-
reres cerealiaque symbola declarantur, recenseat? Plures enim
prætermitto, quam describo. Nec in admirationem quem ra-
piat, adulandi assentandique crimen eo processisse, ut Augu-
stas in novatum Dearum numerum receperint, cum & infe-
rioris subsellii foeminae Dearum se simulacro repræsentari, di-
vinoque habitu effungi curaverint. Audiamus hæc explicau-
tem Statuum Sylv. Libr. V. carm. I. v. 231:

Mox in varias mutata novaris
Effigies: hoc ære Ceres, hoc lucida Gnoffis.
Illa Maja tholo, Venus hoc non improba saxo,
Accipiunt vultus, haud indignata, decoros
Numinum.



Ad hæc Statiana illustranda statuam muliebrem produco ex insignioribus Romanis Joh. Dom. de Rubeis, cuius conditio. Tab. IX. nem subscriptio ob oculos ponit:

VILIA HAGNE LIBERTA
VXOR C. PATRONI.
quaæ sub Cereris imagine & spicas & papaver manu promit; ut alias ejusdem nota silentio involvam.

Nunc ordinais ratio postulat, ut rationes subjiciam, cur Augu-
stæ præ reliquis Deabus sub Cereris schemate adumbratae? & vide-
tur hæc subesse causa, quod cum Imperatoribus sæpius curarum
partem, ad procurandam frugum ubertatem, & invehendos com-
meatus suscepint, populique sic favorem alimentis salubri pretio
distribuendis captaverint. Hinc e SCto sæpius honor cedenda
monetæ illis decretus, modijque, panaria, fasciculi spicarum papa-
verisque, ceu testes abundantia frugum Cerealium, assiduis etiam
sterilitatibus ingruentibus procuratae, impressi, gloriaque a claudis
Cereris, frugum Procuratricis, novæ hæc Deæ participes reddi-
tae. Nummi haec tenus recentiti, testes certe rei hujus uberrimi:
firmat tamen insuper elegantissima statua, Roma in Julii Tertii
Pontificis hortis conspicienda, sub figura Cereris Stolatæ, spi- Tab. X.
cis caput redimitæ, triticeumque manipulum, cui papaver im-
mixtum, manu prementis, eoque alveare adjunctum tangentis.
Statuam hanc e Boissardo, novo Inscriptiōnū Gruterianarum
Thesauro, ab Illustr. Gravio procurato, illatam invenies, cum
inscriptione, haec tenus dicta apprime illustrante:

ANNONA AVGUST. CERES.
Est & nummus maximi moduli Antonini Pii, in cuius aversa
parte Ceres sedens, dextra spicas & papavera, sinistra ardente
tædam tenens, prope illam Abundantiaæ effigies cum cornuco-
piæ, eademque, quam jam allegavimus, inscriptione: *Annona*
Augus. Ceres; sed cum nummus vulgo dictus Paduanus, a
Joh. Cauvino & Alexandro Bassiano confictus, inque Musco

Bibliothec. St. Genovevæ a Pl. Rev. P. Molinet publicatus, eo Lectorem ablegandum duxi. Ceterum quot modis Annona in nummis expressa cernatur, multis demonstrat piissimus & eruditissimæ varietate notissimus, Episcopus Tarracensis, A. Augustinus, Antiq. Rom. in Numm. Vett. Dialog. ab Andr. Schotto Latin, reddit. Dial. 2. p. 30. Edit. Bruxell. ^{sup}

Sed, inquies, quid Cereri, quid papaveri cum alveari ac apibus in statua Romana commune? Ad Cererem quod attinet, lucem foeneratur Pausanias in Arcadicis, referens, Cereri Phigalensi favos fuisse oblatis; & in Eliacis auctor est, Elæos cum in Prytanæ monte Cereri sacra facerent, thure & melle subactum triticum adolevisse. Ex quibus patet, Cererem melia & favos, inter alia libamina sibi adscivisse, quod postea a Græcis cum Cereris cultu ad Romanos transiit: nam quotiescunque ambarvale sacrum pro maturis celebrabatur frugibus, favi cum libaminibus offerebantur. Hinc a Porphyrio in Antrō Nymphar. apes Cereris statuuntur ministræ. Ingeniosissimus Menetrejus in Symbolic. Dian. Ephes. Explic. ob puritatem credit, & Pindari Scholiasten in Pythic. Od. 4. v. 106. ad verba:

εἴ δὲ ἐν τούτῳ λόγῳ χειροῦς ᾧθυσεν Μελίσσας,

Te vero in hoc sermone oraculum erexit Melissa;

adducens, hoc probare conatur. Sic autem Scholiafestes: Μελίσσας καὶ μὲν τῆς Δάμιτρος ιερεῖς Φαι. Καταχερτιῶς δέ, γὰρ τὰς μέδας, διὰ τὸ τοιούτοις καθάρον. Loquitur εἰλικρινῶς Πίνδαρος ιησοφων. I. c. de Melissa Sacerdote Delphica, Melissai Regis filia, quæ certe καταχερτιῶς Scholiafestes vel potius Cl. Menetrejus ob puritatem ad apiculas trahit. Evidentius de puritate apum testimonium tradit Didymus, Geoponicorum scriptor: οἵ δέ γὰρ καθαροὺς ὑπερβολὴ τὸ ἔσοντα εἶδεν τὸν δυστόνων, γὰρ αἰνάθαστον προστήνον. ἔτε λίχνου, ἔτε δὲ σαρκῆς, ἔτε ἄμμου, ἔτε λιπασμάτος, εἶδεν προσειπτατας, ἀλλὰ μόνοις τοῖς



τοῖς γλυκὺν ἔχεστι τὸν χυλόν. *Est præterea purissimum animal, nulli graveolenti ac immundæ rei insidens; neque gulosum est, neque ad carnes, neque sanguinem, neque ullam pinguedinem adulans, sed solum ius, que dulcem succum habent.* Vid. Excell. Needham, Geopotic. Script. L. XV. cap. 3. p. 409. Magis certe quadrat hoc argumentum, sub famulatu Cereris quoque apes esse, quod cymbala & tympana, ut Magnæ Deûm Matri, sic & Cereri sint communia: at quem latet, apes dissipatas & displicatas, ut loquitur Varro de Re Rustica L. 3. cymbalis & plausibus in unum locum reduci? Sic Claudianus:

- *Qualis Cybelejia quassans
Hybleus procul æra senex revocare fugaces
Tinnitu conatur apes.*

Si cui vero dubium, cymbala & tympana Cereri non competere, Pindarum legat Isthm. Od. 7. v. 3. 4. seq. qui Bacchum πάγσδεον χαλκουρότα Δαμάτες^θ, *assefforem ærifstrepe Cereris, vocat*, quæ Scholia stes adhuc latius deditur. Sic Cereris statua, quam ex Asiatico itinere redux Nobiliss. Whelerus in Angliam secum attulit, sinistra tympanum Cybeles gestat, ceu in Praefamine Gallicus interpres monuit, cum in editione Anglica illud esse crediderit, cuius Hippomensium St. Antistes de Civit. Dei L. VII. c. 24. meminit. Sic in Eleusiniis sexto die cymbalorum strepitus auditus, de quo vid. Cl. Lampe L. 3. c. 5. p. 310. 311. de Cymbal. Vett. qui in Cereris quoque sacris & mysteriis e cymbalis bibi solitum, e Clem. Alexandr. ad Gent. probat. Præterea perplacet alia ratio, quam Menetrejus quoque assert; quemadmodum Ceres non minus digno quam proprio elogio *Munifica* dicatur; ita apem munificam quoque esse nuncupandam: gratis enim nobis mellificat, & sine impendio mortalibus labores suos elargitur. Possemus huc infinita alia trahere, sed longioris id opera; Plura tamen qui desiderat, citatum Barbarinæ Ceimeliothecæ Præfectum aeat. Nobis adhuc pro-

bandum restat, quomodo papavera apibus jungi & aptari possint, quod in statua hac factum. Superioribus jam innuimus, a cibo infantum mutuasse, secundum Etymologos, papaver nomen suum; jam cum primitivus mos obtinuerit, ut melle quoque juncto pascerentur infantes, quod a Jove & Beroë mellis alimento enutritis fluxisse nonnulli credunt, quis papaveris melisque, rerum dulcissimarum, connubium felix neget? Triptolemi edulia, ab Ovidio in Fastis l. 4. Edit. Crispinian. in Vf. Delphin. P. 3. p. 591. exhibita, fuse rem declarant:

*Mox epulas ponunt liquefacta coagula latte,
Pomaque, & in teneris aurea mella favis.*

Et paulo post de Cerere: . . . somnique papaveris causas
dat tibi cum tepido latte bibenda puer.

Sic Moschion jubet, ut nutrix os infantis melle illinat. Nec infantum tantum deliciae mel & papaver; sed in lautoribus convivis, inque mensis secundis, secundum Plinium, semini trito candidi papaveris cum melle locus. Vid. Platin. libr. 3. de Voluptate. & Cl. Bogdan. Not in Sim. Seth. de Aliment. p. 166. qui a Polonorum mensis minime adhuc exulare illud meminit. Exoptatae haevires papaveris, pretiosaque nectaris mellei virtutes, moverunt Plinium, ut Libr. XX. cap. 19. p. 74. Edit. Harduin. Tom. IV. exclamaverit: *Simplex & antiqua illa salubritas papaveris & mellei constat.* Virgilius Æn. II. de Dracone ad oblivionem redacto: *Spargens humida mella, soporiferumque papaver.* Sed vela contraho, hoc tantummodo pro confirmanda sententia, alveare scilicet papaveri jungi, annexens; apibus maximopere professe papaver; Plinii iterum hac in re, ni grave erit, auctoritate utor Libr. XXI. c. 12. p. 133. Tom. IV. Edit. Harduin. *Hortis coronamentisque maxime alvearia & apes conveniunt barum ergo causa oportet ferre thymum, apiastrum, rosmam, violas, lilium, cyprium, fabam, ervillam, cunilam, papaver &c.* Inservit ad hunc Plinianum locum illustrandum tabula

69

¶ 30 (80)

bula cum Spei imagine Romæ ad Hortos Bellajanos posita, ad cuius pedes alveare rosas, papavere & spicis exornatum; de qua alibi. Sed quæ sine impendio e papavere hauriunt pro confiendo melle apes, id non sine capitum papaveris maximo dispensio peragunt culices, ut e Nicandri Georgicis apud Athenæum observare licet, cujus verba adscribere non pigebit, cum errorem, quem Vir ceteroquin doctissimus erraverit, detegant.

Kai d' autēs μήνων ἡ πάτησι φυλάξῃ.

ἄθετον μάδειν ὁ φραγμός τοις φυλακέσι

φυλατίν γάρ, πάντα διογμένους ἐφίσαι

Ἐρεπτά, τὸν δέ δέρβοντα εἰσομένην βοτεούτας

μάδειαν, ηδέοιο μελιχοτέρου πλήθους τα.

Φέγιον διοχεύων δέε μὲν φλούδες ἀλλοτε σείτη

πλήγαν σφεκοτύπησι, τὰ δὲ βάσιν ἐγνήσαν.

Ορία δέν λέγει τὰ τῆς συκῆς, ἀλλά τὰ τῆς μήνων

Οὐτε τὶ πανθέρων ποτιδεμένα πολλάδι δίχυν

σιφοῖς οὐδιότητας ἐνχέιμψαντες παρεῖσι.

Ἄργυρες δέ βατάξι βάτει ἐν πάγης παρτιν. Versione Dalechampii;

Papaveris florem tu adime,

Vt intellectum caput, & a culicibus erosum custodias
Foliis omnibus. Flos noxius est: insident enim cum re-
cluditur

Besiola, que vero madidum depascuntur

Codium fructu mellito plenum.

Detratto vero flore facile a cortice capitidis alio tu re-
jicies,

Manu percussus si excutias: non enim gradum ea obfir-
mare possunt animalia,

aut aliunde cibum capere, & sepe accidit,

ut solidis papaveris capitibus dum se impingunt,
per lubricum ejus levorem cadant.

Sic etiam celeriter germina in profundo capitidis vasculo
femen amplificant.

Ex hoc loco vir quidam doctissimus, (eius Parenti quod Gra-
jz . . . gentis arcana nihil retrusum nec reconditum ser-vet,
debetur istud omne) elicere vult, florem papaveris maximope-
re caput a culicum punctionibus defendere & liberare. Haud
equidem me latet, quod proprie ex Grammaticorum mente
Κόδειαν tantum de papaveris capite pronuntient: Lycophronem
tamen in Cassandr. & Homer. Iliad. & Nicandr. in Alexipharmac.
aliosque pro capite quovis animato ponere νόδειαν, certum est, id
quod Cl. Meursius Notis in Lycophron. Cassandr. p. 108. quo-
que notavit; sed certe hoc in loco perspicue plans de papave-
ris tantum capitibus agitur, ni in meridiana quis cæcutire ve-
lit. Sed parco nōmini, cui omnes φιλέαν, assurgunt, illud-
que submissæ venerantur. Eadem enim mihi, quæ Cl. Gyral-
do, mens est: *Cum vero mibi occurrit, inquieti, ut tales er-
rores castigem, ne tunc a me queras illorum nomina, quos accu-
so: libenter enim, homo cum sim, magnis viris parco; ingenui
quippe hominis esse duco, parcere personis, dicere de vitiis.* Syn-
tagm. de Diis. p. m. 301. Edit. opp. Gyraldin. ult. Belgic.

Sed opus est, ut e diverticulo in viam redeamus, argu-
mento nostro ulterius inhærentes, rationesque suppeditantes,
cur Augustæ præ ceteris Deabus Cereri, spicis papavereque
instructæ, assimilatae fuerint? Nimirum papaver fœcunditatis
symbolum est: unde Nympha apud Euseb. Præpar. Evan-
gel. Libr. III. c. 11. p. m. 109. Edit. ult. Διὸς καὶ πατέσπετας τὸ βρέτας
ἀυτῆς τοῖς σάκχοις, μήνιντες τε περὶ ἀντίν τῆς πολυγυνίας τύμφων. *Quæ
causa etiam est, quamobrem ipsius effigies spicis coronetur ac pa-
paveribus, quæ magna fœcunditatis symbola sunt.* Ceres vero
fons & origo est omnis fœcunditatis: cui jam mirum videbitur
amplius, Augustas imagine Cereris hoc fœcundo sub symbolo
adumbratas, cum ab iis opimius vix emolumentum quam e-
geniali retundarit thoro, Imperii hæredes Imperatoribus lar-
giente. Nec enim frugum tantum fertilitas Cereri attributa,
sed

sed & animantium. Probat hoc de Vita Contemplativa, Philo. p.
890. Vocant τὴν δὲ γῆν Διάκυπτην, πάθες στον μήτηρ ἔναις δουει πάντων φυτῶν
τε καὶ ζῴων, quod mater videatur omnium stirpium & animantium.
Sic Valerius Flaccus de epulantibus Argonautis libr. II. v. 69.

*Cereris tua munera fessas
restituunt vires.*

& libr. III. v. 5. dat Cererem lectumque pecus, ovinas nempe
carnes ad comedendum & stragula. Dilucidius hæc expressit Cal-
limachus Hymn. in Cerer.

Φέρε βόες, Φέρε μαῖα, φέρε σάκχου, οἶσε Σεριζούσ.
Pafce boves, pafce oves, fer spicam, fer messem.

hinc περιβότις γῆ, omnia pascens terra live Ceres apud Sopho-
elem dicta Philoct. v. 396. Quod si cui dubium oriatur, an par-
tuum quoque humanorum fœpitrix & præses fuerit credita,
solvet hoc exclamans in Priapais:

*Ennea Cererem nurus frequentant;
ut foetus scilicet hæredesque obtineant. Et Orpheo Ceres au-
dit Hymn. 39.*

εὐτενε, παιδοφίη, τεμνή, κονιοργόφε, κόνγα, ε vers. Scaliger.
Proletaria, amans nate, Dea Rumia, nutrix.

Non possum amplius continere calarum, quin nitidissimam
gemmam, cuiusjam mentio facta, e Thesaur. Brändenb. Cl. Be-
geri Comment. illustrato promat, quæ Cererem κονιοργόφον, seu
Augustam forte sub illa lateintem exhibet. Caput corona spi-
cea, papaverum capitibus distincta nitet, coma Cererem πολύ-
πον καὶ καθηπλούμαν ἄνδρον, pulchricomam & elegantes coma-
rum nexus babentem Reginam, ex Homericō elogio, exhibet.
Præcipuum, quod gemmam commendat, sunt infantes pectori
adhærentes cum cornibus copia, indicantes esse & παιδοφίην,
puerorum amantem, & κονιοργόφον, pueros nutrientem, ac εὐτε-
νε καὶ πολύτενον, & pulcros multosque liberos, vel si Nonni vo-
cabulo exprimere malis, ἀγλαιόπαιδα, illustres infantes haben-
tem.



tem. Si conjecturæ Begerianæ locus, cum Plemnae Orthopælin recens natum, & Triptolemum, Meganira Celei uxoris filium, educaverit Ceres, hos in ejus pectore credit denotatos. Sic in nummo Commodi in Thesauris Regiis Gallicis obvio, Crispina sub Cereris imagine ante arborem sedenti, & ex ea dextra pomum decerpenti, ad pedes tres pueruli adstant, quibus nati ex se liberi designantur, id quod alias nummus ejusdem Crispinae apud Tristianum, cuius ubi de Augustis novæ Cereris

reris imagine insignitis egimus, injecta mentio, in quo in puppi tres infantes ad partem medianam, quorum ultimus adhuc fasciis involutus, visuntur. Nec obstat hæc de re Historicorum silentium, cum nummi prostent id luculenter probantes, in primis nummus apud Illustriss. Spanheim. Diff. de Numm. p. 659, in quo hinc Commodus, istinc inscriptio: LIBERI AVGSTI, itemque alius apud Vicum in Numm. Augustar. in quo FOECVND. AVGST. aliisque. Summæ enim & temeritatis & impudentiae fuisset signum, attribuere in nummis Liberos Augustis, cum nullos unquam habuissent. Sed redeo ad gemmam, ubi Ceres κούροτρόφη in collo quid appensum gestat cordis specie, eodem plane modo, ut in gemma Augustea, quam Illustr. Baro le Roy exhibuit, Agrippina Germanici gestat, quam Cl. Rubenius, qui primus gemmam hanc vulgarat, bullam arbitratur, eandemque etiam in imagine Cleopatrae apud se spectari, & eodem modo adornatas etiam esse Livillam Drusi, & Messaliam in iis, quas Dux Bikingamus olim a parente ejus comparaverit. Nec impedit, bullas infantum tantum esse, cum Tiraquellus ad L. III. Connubial. probet, iis quoque mulieres usas fuisse. Figuram cordis quod concernit, lucem affert Clem. Alexandrin. Patrum Græcorum doctissimus, in Protrept. p. 96. ubi inter Mystica Cereris symbola: πόιας πέρος τοῖς δὲ καὶ κερδίαις, νάθηκες τε, καὶ κίττοι, πέρος δὲ καὶ φοῖς, καὶ μηνωνες, mala pu-nica atque etiam corda, ferulas & hederas & præterea placen-tas & papaveræ, recentet. Qualia vero corda ista, vel e quibus conflata, nil certi, nisi ex meris constat conjecturis. Credo cordiformi hac bulla πανδοφιλίαν Cereris designari, hinc πανδο-μήτερα Δηνώ. Cererem omnium matrem vocat Nonnus libr. 19. Dionys. Eadem ratione Ceres secundum Arnobium libr. 6. cum mammis grandibus effigiatur, hincque mammosa a Lucretio vocatur, quæ vox haud apte exprimitur per multimammiam, cum multi-mammia Dea sit, quæ multas, mammosa, quæ non qui-
dem

dem multas, sed grandes mammae habet. Græce πρόμας mulier est mammosa, quæ grandes habet mammae instar mulierum vel gravidarum, vel infantibus ubera præbentium; idem plane vocabulum ac μεγαλόμαστος; πολύμας autem Diana Ephefia mammae multis & uberibus instructa, ut Minutius Felix loquitur, epitheton est. Vid. hac de re egregie differentem Illustr. Cuper. in Apotheos. Homer. p. 253, seqq. Sic papaver quoque est mammoso capite: hincque Nicandro in Alexipharm. v. 433. αεβληγόν μάκρων, ὁ ἐν τῇ κεφαλῇ τὸν γένον ἔχων, in capite fæcum babens, non absimili modo ac lacte mammae turgidæ. Ita & gravidum vocavit papaver Ausonius:

*Errantes sylva in magna, & sub luce maligna
Inter arundineasque comas, gravidumque papaver.*

Rationi denique non absorum erit addere, ideo papaver Augustis sub novæ Cereris schemate superbientibus addi, quod papaver Civitatum signum, quarum Augustæ cum Augustis Dominae erant, teste jam citato Porphyrii loco apud Euseb. de Præpar. Evangelica: πόλεως ἡ μάρτιου σύμβολον. Verum sati superque de novis Deabus Augustis, Cereris imagine superbientibus, ubique in nummis & marmoribus obviis. Sed quis unquam præderet, Augusti quoque vultum sub Cereris adumbrari effigie? Exhibet tamen gemmam tamē, Imperatoris Juliani vultum præferenter, cuius tempora spicis papavereque innixa, quale quid neque in historiis, neque in antiquitatibus se haec tenus obseruisse meminit Excell. Beger, qui Achatem, cui insculpta hæc imago, in Thesauro Brandenburgico exhibuit T. I. p. 130. Corona hæc papaveraceo spicæ videtur vilitatem annonæ, populo prœuratam, clare innuere: nec desunt rei uberrima testimonia.

Cl. Begerus ex Ammiano Marcellino promit libr. 22. p. 255. Edit. ultim. Gronovian. in fol. *Inter præcipua & seria illud agere su-*
per nos sup. Romanum, etiamque
per



perfustum videbatur, quod nulla probabili ratione, suscepto popularitatis amore VILITATI STVDEBAT VENALIVM RERV, quæ nonnumquam secius quam convenit ordinata, inopiam gignere solet ē famem. Jungo evidenter huic loco alium, ex ipsissimo Imperatoris Misopogon. p. 369. Edit. Spanh. hæc, quæ Ammianus protulit, illustrantem & illud in subditos collatum beneficium, quod Ceres frugum genetrix, in genus quoque humanū detulit, confirmantem: ἐπεὶ δὲ ἦν τὰ μὲν ἀλλαπολλὰ πάρ' ἀντοῖς πάνυ. Καὶ γὰρ ἐν ἑνὸς καὶ ἔλαιον, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα. σίτου δὲ ἐνδεῶς οἶχον; ἀφορίας δεινῆς υπὸ τῶν ἔμπροσθεν ἀνχυμόν γενομένης, ἐδοξέοι πέμπτεν εἰς χαλκίδα, καὶ ιεράπολιν, καὶ πόλεων τας πέριξ. Εἴδει εἰσήγαγον οὐ μίν μέτρου τετταράκοντα μυριάδας. ὡς δ' ἀνάλατο καὶ τοῦτο, προτερον μὲν πεντακις χιλίους, ἑπτάκις χιλίους, δὲ υπερον, ἔτοι νῦν μιρίους, οὓς ἐπιχώριον ἐγι λοιπὸν διημέτεν μοιόντις πάντα οἷκοθεν ἔχον από τῆς Ἀγρύπτου κομιδέντα μοι σίτον διώνα τῇ πόλει, πεπτόμενος ἀγρύπτιον οὐ κατά δίκαια μέτρα, ἀλλὰ πεντεκαίδεκα τοσούτον, δισεν ἐπὶ τῶν δέκα πρότερον. Cumque cæterarum rerum magna esset copia, (erat enim vinum, oleum, cæteraque omnia,) frumenti autem inopia, propterea quod superior anni tempestas paulo aridior magnam agrorum sterilitatem efficerat, mittendum in Chalcide Hierapolin, cæterasque finitimas urbes putavi. Inde vobis mensurarum quadringenta millia intuli: quo consumto numero primum quinque millia, deinde septem millia, postremo nunc decem millia modiū, ut vos jam nominare consuevistis, quod omne triticum ex Ægypto allatum ad me fuerat, domo mea eductum civitati donavi, neque pro decem mensuris, sed pro quindecim tantum argenti, quantum antea pro decem accipi solebat, exegi. Sunt plura alia, quæ hujus Imperatoris liberalitatem & curam in procuranda Annonæ vilitate commendant, quæ brevitatis studio prætermittit.

ISIS.

Nter Germanicas pristini Latii reliquias sequens inscriptio ex Apiano in Thesaurum Gruterianum illata, apud Isaram fluvium in Bojaria reperta:

ISIDI
MYRIONYMAE
SACRVM
FESTINVS T. JVLI
SATVRNINI. G. P. P. SE
RARI. POSVIT
FORTVNATVS. FJVSDEM
SERVVS
FACIVNDVM. C.

Repertu hæc datur in Nova Grævana Edit. Corpor. Inscript. Gruter. p. 83. n. 11. & in inscript. i o. ejusd. pag. dicitur eadem ISIS FRVCTIFERA. Prioris denominationis explicationem suppeditat in Lusu Afini, Madaurenis ille Milesiarum scriptor libr. XI. p. 241. Edit. Pricæan. *Me primigeni Phryges Pessinuntiam nominant Deum Matrem; hinc Autochthones Attici Cecropiam Mineruam; illinc fluitantes Cyprii Papbiam Venerem: Cretes sagittiferi Didynnam; Siculitringues Stygiam Proserpinam, Eleusinii vetustam (in Codice Wagenselii, ad cuius marginem variae Lectiones ab Illustri Octav. Ferrario ex optimis codd.*

MSris

MSris collectæ, adscriptis vir ~~xapicis~~ legitur *vesculam*) Deam CEREREM, Junonem alii, alii Bellonam, alii Hecatem; Rhamnusiam alii, & qui nascentis Dei Solis inchoantibus radiis illustrantur Athiopes, Ariæque, prisaque doctrina pollentes Ægypti, ceremoniis me prosum propriis percolentes, appellant vero nomine Reginam Isidem. Scilicet cum omnia Numinia Gentilium Deorum masculorum ad unum referantur Solem, ut Macrob. Saturn. libr. 1. vult; ita & optimo jure foeminei sexus numina ad unam Lunam sive Isidem redigantur, conveniens est, ut optime sentit gentis nostra decus extimur in ipso ætatis flore eruptum; El. Schedius de Diis Germanis c. II. p. 172. qui ibidem adjungit elegantissimum ex Aristotelis libr. de Mund. locum: *εἰς δὲ ὃν πολυάριθμός ἐστι, πατρὸνος οὐκέπει τοῖς πάθεσι πάσιν, ἀλλεὶ αὐτὸς νοοχεῖ. ε. i. unus vero Deus existens multis nominibus dictus est; denominatus ab omnibus effectibus, quorum specimen edere ipse solet.* Vid. hac de re plura & exquisitissima apud eruditissimum Nummi Panthei explicatorem, Cl. Nicaisium, occasione nummi Isiaci, cum inscriptione *Σεον πάτερ*, cap. V. p. 57. Posterioris, FRVGIFERAe nempe, rationem ex Herodoto discimus, qui Ægyptiorum Isidem, Gracorum Διηγηταν esse innuit. Nec mirum, cum ambarum communia fuerint symbola. Sic Cereri attributam vidimus coronam spicæam, de Iside Tercullianus de Coron. c. 7. testatur: *Prima Isis repertas spicas capite circumtulit;* & Apulejus libr. XI. de Iside: *Dextra lœviaque fulcis insurgentium viperarum cobibita, spicas etiam Cerealibus despicer porreditis &c.* quod tabulam Isiacam Pignorii insipientibus quoque liquet, ubi Isis cum sacro capitis ornatu, vulturinis nempe pennis spicisque scepis occurrit. Sic calathus utriusque Deæ in capite gestamen, cista in earundem sacris, eadem denique in utriusque Deæ sacris arcani seu τὰ ἀτοπῆτα religio, ut omni jure Cereri a nobis jungatur: quippe Isidi aequa ac Cereri amica papavera, quod e

K 3

num-


nummis aliquis veteris ævi reliquiis palam fiet. Ad nummos equidem quod attinet, occurrit Imperatoris Hadriani Anno XVI. cufus cum Nilo coram Iside, sistrum & papaver gerente, in Thesaur. Maurocen. a Cl. Patino edito cap. XII. de Numismat. Græc. Imper. Rom. ex Aëre. Sic nummus Commodi apud Guilelm. de Choul in noto ejus ad antiquitates illustrandas, nec vulgaris laudis vel industriae opere, (e Spanheimiana commendatione) de Religione & Castramet. Vett. in cuius aversa parte Cæsar, cui lauream imponit victoria: adstans cum sistro Isi, ad cuius pedes modius cum frumenti spicis immixtisque papaveris capitibus, sed nisi omnia me fallunt, idem nummus e Stephanonio, elegantissimo artificiosissimi Dn. Goeree operi inscripto: *Mosaische Historie der Hebreewse Kerke Part. II.* infertus, nisi quod modius cum spicis & papavere in aram flammantem sit mutatus. Et quis Isidis esse neget, quem nobis in Specim. Rei Nummar. exhibuit Antonini nummum, laboriosissimus Morellus cum muliere humi decumbente, Sphingi innixa, fruges in præcinctorio gerente, dextra spicas cum papavere, læva, cornucopiae gestante, cum inscriptione: εὐθύνα L. H. Abundantia A. VIII. Quod si dubium adhuc alicui sufficeret, Isidem hoc in nummo conspici, magis insuper probat & evincit, elegantissima Achatis sculptura, omnia hucusque de Iside allata illustrans, cuius ectypon e reliquiis musei Dn. a Taliensker obtinuimus. Sphingi innixa Isis Deam eo fistit habitu, quo illam descriptis Apulejus libr. XI. p. 240. Edit. Priexani. Primum uberrimi crines prolixique ē sensim intorti per diuina colla passi ve dispersi, molliter fluunt ēc. Læva manus ab Apulejana descriptione recedit, cum loco cymbii aurei, spicis immixtum papaver appareat. Pedes, ut verbis Platonici philosophi me expediam, *ambrosios tegunt soleæ, palmae vitriçis foliis intextæ*, ad cuius extremitates spicæ progerminaat. Nilum ex opposito Deæ cubantem optine & ad vivum quasi ex omni

Tab. XII.
Fig. 2.


Tab. I.
Fig. 3.

Tab. XII.
Fig. 1.

Tab. XII. p 78



Mensa Sacra 2



4

omni antiquitate depinxit, in Hercul. Prodic. doctiss. Vinand. Pighius, cuius verba gemmam hanc illustrantia, inferenda duxi: *Nilus ingens, per cuius corpus sedecim cubiti pueri*, (ut eos „Philostratus Lemnii appellat,) lusitantes ejus fluminis incrementa notant. Quorum decimus sextus humero ipsius insidens, „calathum fructibus & floribus plenum capiti imponit; atque indicat XVI. cubiti justum Nili incrementum Ægypto fructuum omnium summas adferre delicias: non secus ac XV. securitatem, & XIV. hilaritatem. Reliquos inferiores, nempe si supra XIII. cubitum non exerecat Nilus, famem ac penuriam Ægypto portendere. Plinius idem scribit Hist. Nat. L. V. cap. IX. Hæc etiam elegantissime in ipsa statua per puerorum gestus indicantur, in cuius item basi frutices, herbae, plantæ *Nilo peculiares, ad vivum ex-sculptæ visuntur*: quas inter procul dubio papaveri quoque nostro locus erit. Nili hæc statua ad effigiem Sacerdotis Ægyptii sive Tab. I. Isiaci apud Cl. Augustinum in Gemmis P. II. Fig. 38. 39. 40. nos deducit, qui Mensam Sacram Ægyptiam manu tenet, cui impositæ binæ aqua nilotica repletæ hydriæ, & hinc inde spicarum fasciculi positi cum canistro, in quo an panes, an poma, an papaveris capita imposita, dubium; a margine ipsius mensæ & a manibus brachiisque sacerdotis pendent frondes, flores & fructus, fabæ Ægyptiæ calicesque semifinales, quas ægre quis a papaveris transversim discisis capitibus distinguit, cum teste Cl. Clusio, qui.

*Depinxit quicquid sub cardine nasci
firerat Eoo, viderat occiduo,*

Babam quoque Ægyptiam accuratissime descriptam nobis reliquit; cui prægrande papaveris caput, cuius summum fastigium transversum fuerit præcismum, ciborum fabæ Ægyptiæ exacte refert; ita ut hæc descriptio paulum distet a Pliniana Loti descriptione Libr. 13. Histor. natural. c. 17. & 18. cui fructus in capite papaveri similis incisuris omniq[ue] alio modo, intus

grana

grana seu milium. Et paulo post hæc adjungit Plinius : *Mirum est, quod præter hæc traditur : Sole occidente papaver a ea comprimi, & integri foliis, ad ortum autem aperiri, donec maturecant, flosque, qui est candidus, decidat.* Apte hæc conveniunt cum Ægyptia planta *Nilufar*, de qua Kircherus πολυλαττος in Oedip. Ægyptiac. Theatr. Hieroglyph. p. m. 76. quod proprie vocetur *Papaver palustre*. Hæc vero cum per se satis obvia, tum firmat magis inauguratione Sacerdotis Isiæ in Obelisc. Ramass. in summitate secundi lateris meridionalis oculis objecta, ubi sacerdos inaugurandus flexis genibus supremi Numinis vices gerenti sacerdoti mitrato & throno insidenti supplicare videtur, ad influxu suo imbuenda duo vel punica mala vel potius papaveracea capita, quæ manibus gestat. Rationem hujus inaugurationis verbis Kircherianis ex Oedip. ejus Ægyptiac. l. cit. suppeditabo : *Per papaveris hæc capita vel mala punica, Ægyptios nihil aliud intellexisse, nisi regnum, in papavere enim ἐπόμο granato natura perfectissimam coronam effinxit, ἐπ papaver semper civitatis symbolum exstitit, quia uti in civitate multi homines habitant, sic in papaveris capite, quasi intra eadem mœnia multa sunt semina; ἐπ ut civitas in vicis ἐπ domos est distributa, sic ἐπ papaveris caput in multis intus partes divisum est, multaque interstitia habet.* Hæc Kircherus.

Hanc Isiæ Sacerdotis inaugurationem in Ramassæ Obelico sequitur serpens atque statua Isidis averuncæ, ut flagellum in manibus docet, cum *SCEPTRO PAPAVERACEO*, quibus symbolis Apotropaæ cultus potissimum persuadetur. Isis enim, teste Diodoro, æque ac Ceres legum inventrix est, & ideo passim legifera audit. Sceptrum vero ex Kircheriana quoque interpretatione Papaveraceum, indicat politicam administracionem, in qua, quod in capite papaveris corona, id in Politico statu Rex aut Princeps; quod in capite contenta semina, id in politica

politica subditi ; quod denique folliculi distincti in papavere, id diversæ jurisdictiones in Politico statu : atque adeo apposite *ISIS PAPAVERACEVM SCEPTRVM* appositum habet. Sceptrum hoc Papaveraceum & ipsa papaveris capita apparent in simulacro Canopi, de quo jam dictum, ubi de Ægypto p. 3.

Post Isidem prodeat in medium

MAGNA DEVM MATER

Dea magna, Dea Cybele, Dindymi magna Domina,

e Catulli elogio, quæ papaveris quoque dona non recusat. Nec mirum, cum apud scriptores & in marmoribus saepius cum Iside & Cerere confundatur & conjungatur. Euripidem produco ex tot auctoribus testem in Helen. v. 1317. ubi Cereri, matris Deûm nomen expresse imponitur :

Ορεία ποτὲ δρομάδι καλώ
μάτης Θεῶν ἐσύθη
Ἄν' ὑλάεντα γάτη,
Ποτάμιον τε χεῦμ' ὑδάτων,
Βαρύβρομόν τε καῦμ' ἄλιον,
πόθῳ ταῖς ἀποιχομέναις
Αἴρυτος Κούρες.
Κροταλα δὲ βρέμου, διαπέρσιον
ἴεντα κέλαδον, ἀνεβόα,
Θηρῶν ὅτε ἔνυιον,
ζεῦξατα θεὰ σατίναν,
Ταν ἀγροσθεῖσαν κυκλίων
χορῶν ἔξω παρθενιών. i.e.

*Montana quondam veloci pede
Mater Deûm festinavit
Per sylvestres saltus,
Ἐ flu-vialem fluxum aquarum,*

gravi-

graviterque strepentes fluctus marinos,
Desiderio amissæ
non nominande filiæ Proserpine.
Crepitacula vero Bacchica clarum
sonitum mittentia resonabant,
Leones quando jugales
Junxit ad suum currum,
Raptam filiam rotundis
choris e virginis quærens.

Sic in Inscription. Gruter. nov. Oper. Magna Deorum Mater CERARIA dicta est, de qua fusi portentosi in omni antiquitate acuminis vir, Phil. a Turre de Diis Aquilejensibus p. m. 311. In Inscriptione quoque Syntagm. Reinesian. CERERI, MAXIMAE MATRIS appellatio additur. Sed quæris ex me, unde probem Magnæ Deictæ Matri, Cereri item & Isidi papavera fuisse dedicata? οὐδὲν δὲ μήδων τοῦτο ἀνέτειλε τάχα, ut Euripides in Hippol. loquitur, ostendam vero sermonum horum veritatem subito, & quidem ex elegantissimis imaginibus, olim Romæ apud Albericos reperiundis, quas diligentissimus Boissardus Antiqq. T. III. p. 133. inseruit, & novo Inscriptionum Gruterianarum Operi p. 29. intulit sempiterna seculorum memoria reverendus Grævius.

Fig. 1. Tab. XIII. Monumentum sistit a Martia Oracilla Augusta Matri Deum dedicatum, in quo cornucopiae, & tympana & Atys adstans, & anguis & Dea ipsa, simulque πύγματος σέφανος sive turrita corona in capite (uti Phormutus vocat) & leo aliaque Matris Cybeles consueta symbola conspiciuntur. Ad leonis pedes cum spicis bina papavera jacent, hæc quæ dicere volui elucidantia, ut non absconum dictu judicem, illud, quod in vola dextræ manus symbolæ Deorum Matris, vel Deæ Syriae simulacri (ab Ill. Joh. Petr. Bellorio, viro eruditissimo & reconditionis antiquitatis titulis merito commendando descripti,) apparer, papaveris esse caput; hoc enim facile mihi Italicorum Antiquariorum

Decus







Decus largietur, citius papaveris capiti quam pomo simile esse; & cum ubertatis signum denotare debeat, & a Dea hac provenientem fœcunditatem, papaveri hoc melius quam pomo adaptari posse. Exstabat olim simulacrum ipsum ex ære ductum apud Virginium Ursinum Anguillaræ Comitem, & ex codicibus Pyrrhi Ligorii, in Bibliotheca Reginæ Christinæ adservatis, Cl. Bellorius desumpit, & curiosissimo omniq[ue] antiquitatis gustu scatente commentario illustratum, luci exposuit publicæ. Idem quod hæc tenus de Papavere monui, innumeris pæne nummi quoque confirmant, e quibus aliquos tantum exhibeo, qui ἵστον ἐποίησαν, ut cum Homero loquar. Sic numerus Faustinae filiæ in gazis Regiis Gallicis obvius, in quo Faustina Augusta, in aversa nummi parte Cybele occurrit, sedens inter duos leones, una manu tympanum, altera papavera gestans, apud eruditio[n]is num[er]o maria Coryphaeum, Generosiss. Spanheim. de Vs. & Præst. Num. Difl. 7. p. 624. seqq. Edit. Amsterdam. in 4to. Idem vir Illustriss. alium promit Diatrib. de Numm. Smyrnæorum, seu Vesta & Prytanibus Græcor. Nummum nem- Tab. XIII. pe Gabalenium Phœniciaæ secundum Strabonem, aut secundum Fig. 2. Plinius Syriae urbis, in quo Berecynthia Mater, non quidem

Invebitur curru Phrygia turrita per urbes
Ieta Deum partu, centum complexi nepotes,
sed sedens cum calatho in capite, dextra tenet inter spicas pa-
paver: adstant solio in utroque latere leones, cum inscriptio-
ne: ΓΑΒΑΛΕΩΝ, & addita urbis æra P. N. B. seu CLII. Consul.
hoc de nummo Purpuratorum Patrum eximium Decus, erudi-
tissimus Norisius Epoch. Syr. Maced. p. m. 256. Nummum Tar-
sensium e Cameliarchio Schwarzenburgico, Specim. Rei antiq. Fig. 1.
nummar, intulit Helvetici gloria gentis, And. Morellus, in quo
statua Antonini cum victoriola & hasta ac inscriptione: ΑΤΤ-
ικηστως ΚΑΙ Τίτος ΑΙΔιος ΑΝΤΟΝΕΙΝος Κεφαλος ΕΥεβηγ. Imper-
ator Cæsar Titus Ælius Antoninus Augustus Pius. In aversa
parte




Fig. 2.

parte Mater Deum παγγελος sedens, cum leone, uti apparet, alato ad latus, dextra tenens spicis immixtum papaver, ad cuius pedes fluvius Cydnus, de quo fluvio & Tarsensium urbe mox plura. Est & alter nummus, omnium elegantissimus & rarissimus, quem e Museo Eminentiss. Cardinal. Ottoboni protulit Eruditiss. Blanchinus, in Libro Italice inscripto : *Istoria universale provata & figurata con Symboli tratti da monumenti, che si conservano de gli antichi* cap. 32. p. m. 568. Nummus est Tarsensium, Commodo imperante cusus, hinc inscriptionis titulus : ΑΔΡΙΑΝΗ ΚΟΜΜΟΔΙΑΝΗ ΤΑΡΠΟΚ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ. *Tarsus Metropolis Hadriana Commodiana.* Apparet Dea Syria Mater Deorum turrita in capite corona, in rupe sedens, veste induita, quamvis loci angustia in hoc nummo non exakte Zodiaci signa exprimat. Dextra tenet spicas & papaver, latusque claudit alatum animal, uti in priori nummo.

Ad

Ad pedes juvenis radiato capite, instar Solis orientis, horizontem illustrantis, surgit. Pars altera nummi ob insolita, qua in illa exhibentur, majorem admirationem meretur. Coronæ nempe e foliis contextæ bini palmæ rami inclusi, e corona florum loco prodeunt octo capita, quinque virorum, tria foeminarum. Quantum elineis vultus masculorum colligere licet, crederes Hadrianum, Antoninum, M. Aurelium, L. Verum & Commodum indigitari; foeminei vultus autem Faustinam minorem, Lucillam, & Crispinam oculis exhibent, cum circumscriptione sequente : KOINON. ΚΙΑΙΚΙΑC ΤΑΡΠΟC ΔΙC ΝΕΩKOPOT. *Commune Ciliciæ bis Neocoræ.* Videntur igitur per hunc nummum & fundamenta & incrementa ac restauratio urbis hujus designari. Dea Syria enim innuit Assyriæ Monarchia subiectam fuisse, a Sardanapalo quippe conditam, si Straboni fides habenda. Solis effigies cultum Soli a Syria exhibitum innuit; Palmæ a Phœnicibus ortum gentis hujus deducunt: Φοινιξ enim palma. Capita papaveris & spica fertilitatem regionis in producenda segete, & uberrimum opii e Tarensi vicinia proventum indicant, quod in hunc usque diem Ciliciam, cuius Metropolis Tarsus, promere Bellonius Libr. 3. Observ. c. 15. testis est. Credrem insuper, papaver Ciliciæ vel Tarsense generosius pro podagra debellanda suppeditare remedium, quam frigidissimas Cydni fluminis aquas, Alexandro Magno fere, secundum Curtium Libr. 3. c. 5. ; Frederico autem Imperatori, Barbarossa dicto, vere lethales. Podagricis vero mederi Cydnum fluvium, post Strabonem Plinius refert libr. 31. cap. 1. cui Vitruvium jungimus Lib. 8. c. 3. p. 159. Edit. Laët. Aversam nummi partem quod concernit, Tarsum instauratam, oculis omnium exhibere videtur. Palmæ rami & corona, Certaminum Imperatoribus, cum Divorum numero adscripti essent, dicatorum, evidenter sunt indicia. Civitatibus concessa Neocoria in gloriam Imperatorum & pro corum sa-

L 3

lute,

lute sacra publica faciendi, & certamina instituendi facultas s̄p̄ius ab Augustis secunda, imo tertia vice, data est. Inuit hoc Inscriptione ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΟΤ. Primam Neocoriam videtur ab Hadriano Tarsensium civitas obtinuisse; secundam a Commodo, quippe in nummi inscriptione audit: ΑΔΡΙΑΝΗ ΚΟΜΜΟΔΙΑΝΗ ΤΑΡ-
ΣΟΣ ΜΗΤΡΟΠΟΔΙC. *Hadriana Commodiana Tarsus Metro-*
polis. Capita florum instar e corona prodeuntia, Augustos
Augustasque produnt, quorum favor incrementa dedit urbi,
Metropoleosque splendorem. Hadrianus equidem, qui Spar-
tiano scribente Edit. ult. Haakian. p. 126. per Asiam iter faciens,
templa sui nominis consecravit, sine ullo dubio favoris uberri-
mi signa huic civitati quoque contulit. Tot enim nummi a
Tarsensisibus cusi, gratissimae in hunc Augustum Tarsensium men-
tis testes uberrimi. Sic apud Rev. P. Harduinum, Societatis a
Jesu dicta doctissimum Presbyterum, de Num. Pop. & Vrb.
nummus cum fluvio Cydno decumbente, & inscriptione: ΑΔΡΙΑ-
ΝΗC ΤΑΡΣΟΤ ΜΗΤΡΟΠΟΛ. Item nummus in Cimeliarchio
Regio in Antinoi honorem, Casaris Amasis, cufus, cum inscrip-
tione: ΑΔΡΙΑΝΗC ΤΑΡΣΟΤ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC. Apud Cl. Va-
lentium, impense in hoc studio nummario doctum, de Num. M.
Græcis p. 36. nummus se visui offert, cum Jove sedente &
dextra pateram tenente, ad pedes aquila cum inscriptione:
ΔΙΟC ΤΑΡΣΕΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC, *Jovis Tarsensium Metro-*
poleos, quo sub Jovis siglo Hadrianum coluere. Imo multa
sunt, quæ me movent, ut ædificia illa in Tarsensi urbe ab hoc
Imperatore instaurata, illa ipsa existimem, quæ nummi M. Au-
relii quinque exhibent, in quorum uno templum X. columnarum,
cum inscriptione: ΤΑΡΣΟΤ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩC, quem e museo
Dn. Faucault Cl. Valentius Operi de N. Græc. inferuit, quod
templum in nummis Augusti & Nervæ jam obvium, ab Hadria-
no forte instaurationi adaptatum, ab Antonino postea & M.
Aurelio consummatum. Alius Tarsensium nummus e Cimē-
liarchio

liarchio Regio apud eundem Valentium l. c. Templum VI. col-
umnarum exhibet, cum inscriptione: KOINON KIAIKIAC ΤΑΡ-
ΣΟΤ ΜΗΤΡΟΠΟΛ. Rursus aliis nummus cum obelisco seu
ædificio quadam fornice cincto, cui adstant duæ figuræ, inter
quas icunula, cum inscriptione: ΑΔΡΙΑΝΗC ΤΑΡΣΟΤ ΜΗΤΡΟ-
ΠΟΛ. quæ omnia dilucidissime probant, quare Tarbus vocetur
Hadriana, & cur effigies ejus in Augustifera hac nummi corona
apparet. Et Commodum quoque huic urbi plurima contul-
isse, tot nummi, ab illis in ejus cusi honorem, loquuntur. Se-
cundam enim ab hoc Imperatore Neocoriam accepisse, jam
supra innuimus, huic templum erectum fuisse, testis est
nummus apud Cl. Valentem, in quo duo templo octo colu-
mnarum; in prioris zophoro (pars hæc est supra epistylum)
KOINON & in altero KIAIKIAC. Imo certamina in gloriam
Imperatoris hujus a Tarsensisibus instituta fuisse, testatur num-
mus Tarsensium cum templo X. columnarum, in cuius zo-
phoro ΚΟΜΟΔΕΙΑ. i. e. *Certamina in Commodi honorem.* Clari-
lius hoc evinat aliis Tarsensisibus sub eodem Imperatore cufus
nummus, apud Cl. Valentium reperiundus, cum corona e ra-
diis composita, & inscriptione: ΤΑΡC. ΜΗΤΡΟΠ. ΚΟΜΟΔΕΙΟC
ΟΙΚΟΤΜΕΝΙΚΟC ΔΙC ΝΕΩΚΟΡΟΤ. *Tarsi Metropoleos Com-*
modianus ἦν bis Neocoræ. Certamina hæc Commodeia Py-
thia fuisse, corona e radiis composita denotat. Commodus
autem Apollo vocari gloriabatur, testibus nummis, ubi Apollo
monetalis dictus. Vox ΟΙΚΟΤΜΕΝΙΚΟC Oecumenicum
Certamen i. e. universale, ad quod e toto terrarum orbe athle-
tæ recipierenrur, designat. Reliquæ Augustorum Augustarum
que imagines sine dubio illorum sunt, quorum beneficia publi-
ca in Tarsenses cumulata & collata exstabant. Sic apud Cl.
Valentium nummus Alexandri Severi, cum inscriptione: Αλεξαν-
δρος ταρσου Δι. ubi Vir eruditissimus legendum credit *Deme-*
tria, sive Cerealia certamina a Tarsensisibus instituta; sed hoc de
elegan-

elegantissimo nummo, quem cum Tarsenium alio oculis subjecimus, ad majorem quandam lucem illius, in qua versamur, de Matre Deorum disquisitionis dicta sufficiant.

Papaver porro in sacris Rhea sive Cybeles locum invenisse, KEPNΩΣ & KEPNOΦΟΠΙΑ testatur. Sunt autem vocis hujus variae ac plane diversae significations. Corsica Insula κέρνος ab Herculis filio Kyrno dicta, κέρνος quoque vocatur, & a Lyco-phrone in Alexandra κερνεάτις.

Οἰ δὲ πελαστῶν ἀρπὶ Μέμβλητος ἥρας

Νῆστον τε κερνεάτιν.

*Alii rursum Pelasgi circa Membletis vada
Et insulam Cerneatim.*

Ad quæ verba ejus Scholia stes, Isaacius Tzetzes, κερνεάτιν. Τὴν κέρνου νῆσον, παράγωγον ἀντὶ τῆς πεντοτύπου, κερνεάτιν είπεν. i. e. Cer-neatin, Cerni insulam, derivatiuum pro primitivo κερνεάτιν dixit. Eruditissimus Bocharus,

*Grande Musarum decus,
Albo perennitatis inscriptum caput,
Orientis astrum, cujus accensas faces
Miratur orbis,*

utriusque nominis κέρνον & κέρνου nomina ab Ebræo כָּרְנוֹ deducit, quia multis promontorii angulosa, teste Isidoro libr. 14. Quam ob causam Cyprus olim κεράσις, quasi Cornuta vocata. Vid Clar. Hill Not, in Dionys. Perieges. p. 188. Imo juga montium & omnia summa passim cornua vocata fuisse, non inepte suspicatur multijugæ lectionis & eruditonis vir, Clar. Wormius de Cornu Danic. p. 9. id quod Lycopronis Cassandra, & Pindaro probat, qui ψινέατον πέτραν usurpavit pro ἄνθη λαγωνίᾳ, altas summitates. Sic Pollux quoque κέρνα ap-pellari ait πλαγίας δύο τραχύτητας τινὲς ἐπτὰ, αἱ περὶ τοῖς γάνοις ἀνιστῶν, duas obliquas asperitates e septem illis, que in dorso affurgunt. Sed hæc omnia non ad κέρνον, de quo nobis agendum.

Propius

Propius accedit Musonius Philosophus de Luxu Græcorum, a Stephano Nigro congestus, cap. 2, qui definit κέρνον *Vas testaceum, multa in se compacta continens acceptabula.* Æque ac κέρνα si-ve cornu Græcorum pro vase frequentius usurparur, sicut & Keren, Ebræa vox, pro vase sumitur: & nomen Keren Hap-puch filiæ Jobi, Excell. Fridericus Spanheimius per *vas ele-gans* interpretatur, modo in veteri fœdere haud inusitato, ubi vas indignationis, fragrantia, violentia, pro hominibus passim obvia. Vid. Ejus Histor. Jobi c. XV. p. 515. 516. quamvis ejus frater, Illustr. Ezechiel Spanheimius de Vf. & præst. Num. illud aptius de splendore gemmarum sive lapilli accipi credat. Græcorum ille Plinius, Athenæus, Deipnosophist. opere, quod Bibliothecam omnium veterum Historicorum, Poëtarum, Phi-losophorum, qui temporum injuria sunt amissi, (e Neandri ju-dicio) compleat, omnium optime declarat, quale vas κέρνον exstiterit, quod sacerdos in sacris Rhea sive Cybeles portare solebat, quibusque rebus, haud excluso papavere, fuerit repletum. Sic enim ille: κέρνον ὁγεῖον κεραμεοῦ ἔχον ἐν ἀυτῷ πολλοὺς κοτυ-λίσκους κεκολλημένους, ἐν δις φασὶ μηκινωες λευκοὶ, πυροὶ, κερδῖαι, πίσσαι, λάθυροι, ὠχροὶ φανοί. Οὐ δὲ βασάνις ἀυτὸς, οἷον λικνοφορίας, τούτων γένεται, οὐσὶ ισοριτήτῃ. Αμμανίς. ἐν τρίτῃ περὶ θυμων καὶ θυσιών. Cer-nos fistile vas, cui agglutinatae sunt exiguae cotylæ multæ, in quibus alba sunt papavera, triticum, hordeum, pisum, ervilia, cicercula, lenticula, faba, zea, avena, caricarum offa, mel, oleum, vinum, lac, illota ovis lana. His vescitur, qui fert Cernos, ut qui cistam gestaverit, ut referri Ammonius libr. III. de sa-crificiis & altariis. Consentit Athenæo Hesychius: κέρνεα σύγ-γεια κεραμεῖα, καὶ τὰ τῇ μητρὶ τῶν Θεῶν ἐπιθύμενα. *Vasa fidilia & Matri deorum libata* sive sacrificata. Hæc sacerdos Virgo, sacro-rum Matris Deorum antistes, κερνέας μυσικοὺς κέρνους, vocatos ferebat: hinc ξάνθος κέρνοφόρος dicta. Nicander porro lucem dat, eum Scholia stes. Sic enim Poëta in Alexipharmacis:

M

H' αὔτε


Η' ἄτε περνοφόρος λύκος Βαρισία Ρέινς.
Cernum ferens virgo sacrificia Rbeæ.

Scholia stes ejus tradit, intelligi πέντε μυστικούς κρεπτήρας ἐφ' ὧν λύχνους πειθάσσων, & inde περνοφόρος λύκος dici τὴν τούς πειθήρας φέρουσαν λεγεῖσαν. E quibus hactenus recentis, i. p. 21 Casaubonus,

cui Atheneum & totas debemus Athenas,

Not. & Animadvers. in Athen. p. 796. elicit, proprium carum fuisse ministerium, quas vocabant *cernophoræ*, & religionis avitæ ritibus ad sacra λέγον deferre, sicut alios ob simile ministerium *henophorus*, *cestophoros*, *oschophorus*, *thyrsophorus*, *pastophorus* dictos. Ex ultimis vero verbis loci ex Athenæo adducti: (έ δε βασικός αὐτὸς, εἰον λινοφόρος, τούτων γένεται, qui vas illud λέγον tanquam vannifer vel cistifer gestat, ii. vescitur) colligere licet, vannum & λέγον & cum illo Pancarpiam & fructuum omne genus, (quos inter & papaver) continuisse. Nam secundum Harpocrationem in Lexico Edit. Blancard. p. 251. τὰ λινοφόρος πάσαν τελετὴν καὶ θυσίαν ἐπιτίθετον ἦσαν. Οἱ τέτοιοι φέρειν λινοφόρος λέγονται. *Vannus in omnibus initiationum ritibus & sacrificiis usum habet. Qui vannum fert, vannifer dicitur.* Addit Cl. Blancardus in Dissertatione Critica de Harpocrate, ejusque scriptis, λινοφόρου aliquando viros, aliquando foeminas dici. Credere porro, λέγον vanno impositum fuisse, quam tamon sententiam nemini, forte acutius insipienti & sentienti, obtrudere volo. Pollux in Onomastico meminit περνοφόρους ὀξείματος. Adscribamus textum ipsum libr. IV. cap. 14. p. 409. Edit. Hemsterhuis. τὸ γὰρ περνοφόρον σέργημα οἴδα ὅτι λίνως, ή ἐσχαρίδας ἔφερον λέγον δὲ τῶντα ἵππεις, *Nam de Cernophora saltatione sio, quod λίνων (vannos) vel craticulos ferebant, quæ λέγον appellabantur.* Athenæus Deipnosophist. libr. 14. cap. 7. p. 629. Edit. Casaub. inter furiosas refert saltationes: Μανιάδες, δὲ εἰσὶν ὀξεῖσσις περνοφόροις καὶ μόγγας, καὶ θερμαντεῖς *Furiōse sunt saltationes, Cernophoros, Mongas, Thermastris.* Assensum præbet Muso-

nus



Tab. XV



nius Philosophus de Luxu Græcorum, a Stephano Nigro con-
gestus, cap. 6 & inter insanas tres saltationum species refert.
Vid. Cl. Meursii Orchestram. An vero saltatio hæc cūm cerno-
phoria aliquid commune habuerit, Oedipo aliquo conjectore,
qui Sphyngi interpres fuit, aut urinatore Delio indiger, uti & *κέρνειν* sequevis apud Hesychium; qui porro addit, *κέρνοφόρος*, ὁ τας
θυσίας ἄγων. *Cernophorus*, qui libamenta adducit.

PROSERPINAM

Matri Cereri filiam jungimus, in cuius tutela papaver quo-
que fuisse, elegantissimi numimi & gemmae evincunt. Binos Sar-
dianos hoc collineantes eruditissimus Seguinus nobis promitt.
Exhibit primus æreus, & quidem maximus, in antica parte
caput muliebre cum velo, sub quo corona spicata cum papa-
veribus cernitur, hac inscriptione: ΣΑΡΔΙC ACIAC ΛΥΔΙΑΣ
ΕΛΛΑΔΟΣ Α ΜΗΤΡΟΠΟΛΙC. *Sardis Asie, Lydia, Græcia prima Metropolis*. In aversa Pluto in quadrigis, caput velo vol-
litante circumdatus, suæ divinitatis symbolo, sinistra sceptrum
teneret, dextra Proserpinam rapit. In aëre volitat Cupidinis lar-
va quædam; sub pedibus equorum jacet vaseulum: annos qua-
fillus Proserpinæ, aut calathus floribus colligendis, quibus
abundabant prata Ennensia, ubi spatiabatur KOPH tum, cum
Ditis thalamo digna visa est: Inscrifitur nummus. ΕΠΙ ΣΩΤΑ
ΕΡΜΟΦΙΑ ΟΤ ΑΣΙΑΡΧ. ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ Β ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Viderut
nummus hic e maximis Cl. Segvini, qui in nummariorum dubiis
oraculi loco, cœsus tempore Gordiani tertii; Hermophilus
quippe, Sardianorum ille Asiarcha, etiam notatur in aver-
sa parte nummi hujus Imperatoris apud Occonem in Gordiano
Tercio. Conjurit porro, hanc in nummo expressam Proserpinam,
Tranquillinam Augustam Gordiani III. Imperatoris conjugem In
altero Sardianorum numismate itidem æreo, sed mediocris ma-

91

Tab. XV.
Fig. 1.Tab. XV.
Fig. 2.

gnitudinis, caput est foemineum, partim velo (Sardianæ jurisdictionis & ἀντεφαίων indice, teste R. P. Harduin. in Chronol. Vet. Test. p. 179.) partim corona turrita insigne, ipsamque urbem denotat, addito nomine ΣΑΡΔΙC. In aversa parte vide-re est figura Proserpinæ, ornata singulari decoræ, & stantibus inter spicam frumentariam ac papaver, consueta Cereris insignia, cum inscriptione: ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Licit hunc nummum illustrissimus Spanheimius de Nummo Smyrnæorum Cereris vindicare videatur; Clarissimus Valentius vero de Nummis Græc. in Nummo Septimii Getæ, ab Hypæpenis custo, Dianam Persicam, cui templum Hypæpis, teste Pausania libr. 5. erectum, vel Junonem pronubam esse credit: attamen in nummo Juliae Domnæ ad Proserpinam, spicam inter & papaver stantem, refert; de Numm. Græc. pag. 94. Sic Proserpina quoque in nummis Cyzicenorum, urbis Hellesponti celeberrimæ conspicua, de quibus jam actum est, ubi de hac urbe. Hic ulterius anno, quod in primo ab Excell. Valentio in Select. Numism. in ære maxim. modul. e Mus. Abb. de Camps p. 36. exhibito, Faustina sub Proserpinæ Servatricis nomine, KOPH ΣΩΤΕΙΠΑ representetur. In aversa nummi parte signata est Ceres, Proserpinæ mater, in curru a duobus draconibus tracto, utraque manu faces gerens, cum raptam a Plutone filiam quæreret. In altero Cyzicenorum nummo eadem Faustina sub Proserpinæ imagine exhibetur ab Illustriss. Buonarroti nel Observat. Istoriæ. sopra alcurni Medallion. antich. p. 71. Caput, ut in priori, spicis papaveribusque redimitum, cum inscriptione: KOPH ΣΩΤΕΙΠΑ ΚΤΥΖΙΚΗΝΩΝ. In aversa parte oculis se offert AEsculapius & Hygeja, sanitatis præsidæ, comite cucullato Telephoro, de quo plura, in Schediasmate præli mox carceres sentiente. Inscriptio vestusta corrosa, hæc tantum exhibet ::CTPA ATPHMO ::::: ΝΕΩΚΟΡΩΝ, SVB PRAET. AVRE MO ::::: NEOCORORVM,

Spectat

Speciat *huc quoque nummus Familiaæ Cassiæ apud Fulv.* Tab. XV.
Vrsinum, in cuius una parte Bacchus hedera coronatus, in altera Fig. 5.
Proserpina, cuius caput vitis foliis & papaveribus exornatum.
Hujus nummi uberior mentio, ubi de Baccho, injicitur.

Hæc omnia si non sufficiant, indubium argumentum pro papavere Proserpinæ amico capitum ex Vasculo Onychino Serenissimi Luneburgensem Ducis, Eggelingiano commentario illustrato. Cereris matri geminas tenentis faces flammis æthereis accessas, & a Plutone raptam filiam, terrarum in regionibus cunctis querenti, adstat pone Proserpina, dextro humero cum pectore & pedibus nudatis, quibus ver depingi videtur, & dulcia gelida divortia bruma; hinc floriparum *Cerealis papaveris* caulem sinistra extollit, respiciens autem retrogradientem post se contemplatur solem. Cererem ante & Proserpinam visui se offert masculus barbatus, caput vitta vel fascia redimitus, cætera nudus, Vertumnus nempe, nuditate torridam æstatem exhibens, cui adstat marito conjuncta uxor, soccis induita, in canistro poma præferens, Pomona,

Quæ rus colit & ramos, felicia poma ferentes,
Nec fuit arborei studiosor altera fœtus,
Vnde tenet nomen.

Autumnum designans. Quæ omnia doctissimum Eggelingium, hæc probe ponderantem, moverunt, ut per IV. hæc signa quatuor anni tempora non inepte denotari crederet; ita ut Ceres frugifera, in qua æstatis semper vestigia quærunt antiquitatis amans, hic hyemem facibus instructam adumbret, & subterraneum calorem, qui hyemis tempore a circumstante frigore inclusus, radices frugum mirifice auger, seminibusque vim impertit percoquendi alimenta, aut augefcendi. Huic Eggelingianæ opinioni favere videtur, quod Ceres pulchram comam mitella textili, qualē Gracis mulieribus Apulejus tribuit, contra frigus munierit. Sed ad Proserpinam redeo, a qua elegantissimum hoc vaseulum extra oleas divagantem abduxit,

cujus calathus conspicitur , in quo flores in campis pratisque
Ennenibus lectos reposuerat ; quos inter papaveris quo-
que fuere. Hinc Celebrissimus Tristanus locum Virgilii *Aen.*
libr. VI.

- - - *Manibus data lilia plenis
Purpureosque spargam flores ,*

de papaveribus interpretatur , cum papaveris succusillo , qui
opio abutuntur , mortuis similes reddat , soporem concilian-
do. Hinc papavera Proserpinæ sacrata credit , & Artemido-
rum libr. I. c. 79. ac *Ælianum Hist. Animal.* libr. 16. c. 12. citat ,
in quibus tamen nil solatii pro firmando hac reperi sententia.
In Gemmis Jacobi Stephanonii Proserpina est , ramum sini-
stra , dextra secundum Stephanonium , mala punica , mea ta-
men conjectura , capita papaveris tenens , cui sequens subjun-
ctum Epigramma :

*Plutonis dum raptâ subit Proserpina regnum ,
Mæstâ Jovem genetrix consâ facta petit .
Juppiter hinc reducem superas decernit ad auras ,
Dummodo tartareas nestiat illi dapes .
Punica gustus est cum mala , æqualiter anni
Divisere suas , Disque Ceresque , vices .*

Firmat meam pro papavere sententiam præ Punicis malis , quod
hac tanto Ceres cum Proserpina prosecuta fuerit odio , ut usus
illorum in Thesmophoriis & Eleusiniis sacris prohibitus fuerit ,
cum papaver utrisque fuerit amicissimum. Ver silentio transeam ,
mala Punica & papaveris capita sapius confundi. Contingit
illis , quod Plinio. Quia enim malum punicum *ποια* dicitur , &
Μίνων ποια , sive papaver erraticum ; ex utroque monstrum con-
finxit Punici sylvestris , cuius radicis cortices rubri , denarii pon-
dere



dere posse , formos faciant. Vid. Plin. libr. XXIII. c. 5. Idem il-
le papaver *Rhœan* perperam appellavit , quasi *ποιας* diceretur ,
unde & idem cum *ποια* , qua Punicum malum significat , errore
nominum statuit. Est *ἄγρια ποια* malum Punicum sylvestre. Est
& *ἄγρια ποικιλή* , quia & *ποιας* . Plinio Rhœa vocata. Hinc illæ la-
erymæ. Vid. *πάνω Salmasius in Proleg. Hyl. Jatric. p. 3.*

DIANA

DIANA

Succedit Proserpinæ, cum & ipsa ab Æschylo non Latonæ, ut vulgus Mythologorum credidit, sed Cereris filia, esse tradatur. Latona autem tantum nutrix & ~~σωτερια~~ fuit. Diana hujus encarpum, e collo dependentem, e variis fructibus concinnatum fuisse, quos inter poma emicant & *papaver*, auctores tradunt. Audiamus hujus Diana Ephesiorum statuæ interpretem doctissimum, Claudium Menetrijum, Ceimeliotheræ Barberina Præfectum: *Papaver*, inquit, ob multiplicem causam Diana accepta oblataque fuerunt, ceu fertilitatis præcipue symbolum, tum quod ejus fructus; secundum Phurnutum, Telluris imaginem exprimere videtur, tum ob vim somniferam Lunæ, (quæ eadem ac Diana) nocturnoque tempori convenientem. Addimus rationem Cl. Tollii, quæ est, ut foecunditas innuatur, quam Luna, sive Diana, rebus mundanis præstat. Sic reperitur nummus cum Diana multimammia, papaveræ & spicis exornata, cum inscriptione: EPI ATPΛΛΙΣ ΘΕΑΡΧΗΩ.


Tab. XVI.
Fig. 1.

ON. quem videsis in Thesaur. Maurocen. ab eruditissimo Patino edito cap. XII. inter Numism. Græc. Imper. Roman. ex ære. p. 109. Huic consimilis apud Eminentiss. S. R. E. Card. Norisium de Epoch. Syro-Maced p. 544. occurrit Marci Aurelii Cæsaris nummus, a Neapolitana Syria Civitate cufus, in regiis Galliarum Regis gazis obvius, in cuius antica parte visitur caput M. Aurelii Cæsaris sine Laurea, patre adhuc superstite & genis (*non genibus*) levi tantum barba obduictis, cum inscriptione: Αὐρέλιος Καῖσαρ Ευσθέους ΣΕΒάρου οἰος (*non ut Harduinus legit Ευσθέης*, cum nusquam M. Aurelius in nummis a lapidibus PIVS inscriptus legatur) *Aurelius Cæsar Pi Augusti Filius*. In posteriori parte nummi appetet Diana Ephesia πολυμαμμων, dextra *papaver*, sinistra spicas tenens, cum inscriptione:

Tab. XVI.



EPHEMIO



scriptione: ΦΑ. ΝΕΑС ΠΟΛΕΩС СТРИАС ΠΑΛΑΙСΤ. Flavia Neapolis Syria Palæstina. Epocha ET. III, Annum LXXXVIII. significat. Nummis his statuam jungimus, desumptam e marmoreo basi Tiberiani Colossi, erekti ob civitates Asiae restitutas post horrendos terræ tremores, notis & observationibus Laur. Theod. Gronovii illustrati. Exhibitetur urbs Ephesos sub schemate hominis stantis turulati, flammarum ardentem in capite ferentis, incendiis Herostrati præfagam, e cuius ruinis Ephesi propriis sumptibus aliud splendidius & magnificentius templum erexerunt; manu dextra tenet fasciculum spicarum intermediis *papa veribus*, testibus fertilitatis Ephesinae uberrimis; sic in aliis, basi marmorea Colossi hujus affixis, statuis Tmolus vite, Mostene fructibus & nuce, Apollonidea cucurbita celebratur. A dextris statua est Diana Ephesia turrito & velato capite, cum mammis & verubus, a Summo Viro L. Holstenio explicatis. Posita est Diana hæc non in marmore striato, sed in stipite arboris fagino, quod fuse demonstrat Excell. Gronovius loc. cit.

JVNONI LVCINÆ

Papa vera dicata fuisse ab antiquitate, Cl. Mindererus innuit, in Threnod. Medic. sive Planctu Medic. lugent. cap. 2. p. 62. sed e quo fonte hæc hauserit, latet. Exstat autem nummus Samiorum Gordiani, in cuius aversa parte Juno velata Samia, cum calatho supra caput, & verubus utraque manu instar Diana Ephesiae; prope eam modius cum spicis & in medio protuberantia (nisi me omnia fallunt) papaveris capita, cum inscriptione: CAMION. Nec est, quod quis regerere velit, Junoni, cui Samos dicata erat, secundum Virgil. Aen. I. 1.

N

Juno

*Juno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo)*


non competere papaver; Juno enim eadem est ac Diana, ceu erudite, uti solet, ex omni antiquitate eruit Illustr. Spanheim. Not. in Callimach. p. 285. quo simul comprobatur id, quod a Servio dictum ad Virgil. Georg. libr. I. v. 5. item LVNAM, eandem DIANAM, eandem CEREREM, eandem JVNONEM, eandem PROSERPINAM esse.

Cum Orpheo Hymn. in Cerer. Δημήτρη audiat θεούσαι συνέσιος, eodem cum Baccho habitans Lare, non inconsultum duximus,

BACCHVM

Cereris Natis annexere, cum & Cereris filius esse statuatur apud Diodor. Sicul. Libr. III. p. 196. & aratri ac sationis inventum Baccho aequo ac Cereri fuerit tributum, teste eodem Diodor. L. 2. p. 104. & libr. VIII. p. 494. Hinc Romanorum Vett. eruditissimus de Re Rustica libr. I. c. 1: *Horum fructus maxime necessarii: ab his enim cibus & potio venit e fundo.* Ideo quoque Baccho Αἰσυμνίᾳ sacra Achæi faciebant ἀσεχών ἐξανυμένοι τὰς πεφάλας, *corona spīcea caput redimiti*, uti in Cereris sacris fieri solebat, scribente Pausan. L. VII. c. 20. p. 573. Hanc ob rationem quoque inter Deos rusticos frugiferos, & arborum custodes, merito eum collokarunt Ægypti ac Graci, & a Phornuto nominatur τὸν ἱέγον δένδρων ἐπικοπος καὶ δωτήρ δέος; & hoc eo magis, quod τῶν ἀνεῳδύνων καὶ ὄλος τῶν Φυτευτῶν καὶ δύναμις Δικτύος ἐνομάστη. h. e. quod Bacchus sumatur pro virtute, semine & substantia omnium arborum, planitarum & fructuum. Vid. Illustr. Tristan. T. II. Comment. Hist. dans l' Explicat. d'une Vase antique d' Agatte du Thresor de l' Abbaye S. Denys en France. Huic non absconum illud Theon. ad Arat. p. 137. edit. Oxon. ubi simul ratio conjunctionis Cereris





reris & Bacchi traditur: διὸ καὶ οἱ παιδεῖοι τὸν Διόνυσον ἐγένετο την Δημητρα
συγκαθίσασσαν, ἀντιπέμψαντο τὸ γόνυμον τῆς ὑγρότητος: ideo etiam νε-
teres Bacchum justa Cererem consecrarent, innuentes humidu-
m genitalem. Quadrat hoc illud γνωματύπει Euripidis Bacch.
v. 274. seqq.

Δύο γάρ, ὥνεανι,
τὰ περιττά ἐν ἀνθεσποῖσι Δημήτηρ Θεῖα,
Γῆ δὲ εἰς, ὄνουα δέ, ὅπότερον βελεῖ, παλεῖ.
Αὐτῇ μὲν ἐν ἔργοισι ἐκτρέψει θεοτέρας
οὐδὲντες ἐπὶ ταντίπαλον, οὐ Σεμέλης γένος.

Duo enim, o adolescens,
Præcipua sunt inter homines, Ceres Dea,
(Terra autem est Ceres, nomine vero utrovis hanc
appella)

Hæc quidem siccis alimentis alit mortales.
Sed præstat contrarium Semeles filius.

Sic instituta in amborum honorem Θαλύσια post fruges com-
portatas, quasi in gratiarum actionem propter ejus anni fertili-
tatem, uti ex Scholiaste Homeri, Etymologico magno & Me-
nandro Rhetore, probat Graja antiquitatis virdex, Meursius
in Græc. feriat. Libr. 4. In vase Onychino, Cl. Eggelingii docti-
fissimis commentariis illustrato, communia Cereris & Bacchi my- Tab. V.
steria exhibente, (num Eleusinia fuerint, an Thesmophoria, lis
inter Cl. Viros, Eggelingium & Fellerum, occasione censuræ in
Actis Eruditorum Lipsiensibus late, acerbissima est exorta,
quam nostram non facimus,) in quo Ceres, Proserpina & Bac-
chus conspiciuntur, Hierophantis sive Melisla, eadem enim
Cereris sacerdotem denotat, dextra affert porculum, sinistra
papaver, victimas utrique communes & sacras, de quibus plu-
ribus jam de Cerere & Proserpina actum est.

Jungimus huic Onychino Vasi, Triumphum Bacchi in Tab. XVII
Cameo elaboratum, Musei Eminentissimi Cardinalis Carpini
N 2 five

sive Carpegnæ cimelium, & illustris Phil. Buonarotti eruditissima explicatione omnium oculis expositum. Expressit hac in gemma, polydæla artificis manus colorum varietate ea, quæ penicillo vix exprimi possunt, quam diligentiam chalcographus ~~uadit~~ est amulatus. Currii huic triumphali juncti sunt Centauri, Baccho ob vini amorem dicati, de quibus Virgilius, Latina Siren, Georg. Libr. 2. v. 453.

Bacchus ἐτιμά την καύσαν· δέδει· οὐδὲ περιπολεῖ
Κενταύρων λέπαν· δομεῖ· Ρήθυμνη Φολούμην
Εἰς μάγον Ηύλευμα Λαπίθων περιπολεῖ.

Centaurus sinistri lateris, dextram quidem porrigit, sed cum abscissa ista sit, vel vetustate detrita, quid illa geserit, vix conjectura assequi licet: sinistra accensam facem præ se fert, in Bacchi orgijs gestatam. Cornu in sinistra manu alterius Centauri, crateres poculaque e cornibus parata denotat, de quibus jam, ubi de Cerno. Sufficiat hic testem adduxisse Nemeanum Eclog. 3.

Cantharon hic retinet, cornu babit alter adunco.

Altera manu thyrum tener, de quo Poëta:

Subtilibus Liber committit prælia thyrsis.

Binis Centauris junctæ quoque fœminæ, currui huic triumphali annexæ, quarum una tympanum tener manibus, humeri binnuleis tecti pellibus, νέβοι Græcis dictæ, & Bacchantibus in sacrificiis usitatæ, de quibus Laestantius, vel secundum nonnullos reftius Lutatius, in Libr. 2. Theb. Statii: *Pelles damarum, quæ Græce νέβοις appellantur.* Bacchus currui ceu viñi viator insidet, eo plane modo, uti illum depingit Sidonius Apollinaris, in carmin. XXII. v. 31. Musis & Apolline dingo:

Cantharus ἐτιμά την καύσαν· δέδει· οὐδὲ περιπολεῖ.

Nec tegit exertas, sed tangit palla lacertos.

Imberbis juvenis apparet, quippe secundum Tibullum. Libr. I. Eclog. 4. v. 33:

Solis

Solis eterna est Phœbo Bacchoque juventa:

Nam decet intonsum crinis utrumque Deum.

Et Seneca, solum Latinorum Tragoedus, Hippol. in Chor. Act. 2.

Intonsum juventis perpetuum coma.

Caput hedera coronatum: hinc Orpheo in hymn. ιπσόθεος, bederigerminans, & ιπσόχαρης, bederam amans, vocatur. Placuit artifici capillos & Bacchi & Cereris exprimere flavos, qualia tempora attribuit Baccho Nemeanus Eclog. 3:

Flavaque maturo tappuerunt tempora cornu.

Ceres Bacchi in triumpho latus claudens illumque amplectens, sinistra spicas tenet & papavera. Reversa sic apparet Bacchus ceu πάρεδεσ δικατερες, ut Lyricorum principi appellare hunc Deum placuit; ad quæ verba Scholiares Pindari: πάρεδεσ δὲ Δικατερες εἰτε τὸν Διόνυσον, κατὰ μὲν τὸν μυστὴν λόγον, ὅτι παρεδεῖται ἔστι, ὁ ἐν Περσεοῦν γεγονὼς Σαγγεὺς Διόνυσος ὁ κατὰ τινας, Ιακώς, κατὰ δὲ τὸν Φυσικὸν λόγον ἐπειδὴ τῇ ἔρεῳ τροφή, ἥ ἀνέκειται τῇ Δικατερε, παρέπεται, ἢ τῇ ἄλλῃ Κερτίᾳ, ὃ ὅτι ἡ σφυλικὴ ἔνδυση εἰ, καὶ εἰς πόσιν ἐπιτίθεται. Dicit Dionysium parendum fitre affectum in Cereris, secundum mysteriorum traditionem, quippe ei assidet Dionysus Zagreus, & Proserpina genitus, secundum nonnullos Bacchus dictus; ex physica autem ratione, quia alimento arido a Cerere exhibito, vini usus adhibetur, vel quia uva esui & potui commoda. Firmus hic Bacchi Cererisque nexus ansam dedit Cyrenæ Poëta canendi in Hymn. Cerer. v. 71.

*Tάσσει Διόνυσος γάρ αὐτὸν Δικατερα χαλέπται·
καὶ γάρ ταῦτα Δικατερα συνεργίαθε Διόνυσος: ex Vulcan. interpr.*

Nam Ceres & Bacchus culpa ləduntur eadem,

Et tantam atque Ceres Bacchus conceperat iram.

Post tot Græcos auctores, citatos audiatur de Cereris Bacchique consortio & Vates, cui Virga dedit memorabile nomen; Libr. I. Georg. v. 5.

Vos o! clarissima mundi

*Numina,
Liber & alma Ceres, vestro si munere tellus
Choniam pingui glandem mutavit arista,
poculaque inventis Acheloia miscuit urvis.*

Quod si quis Baccho assidente Proserpinam Matrem interpretari velit? si liber, licebit. Sic in nummo apud Fulv. Vrsin. in Famil. Cassia n. 7. Edit. Patin. p. 67. ex una parte Bacchus hedera coronatus, in altera Proserpina, cuius caput vitis foliis & papaveribus redimitum; qui denarius forte respicit ad dedicationem ejus Aedis, quam Cereri, Liberae Liberoque, bello Latino ab A. Posthumio Dictatore votam, Sp. Cassius dedicavit An. 660. Consul iterum cum Posthumo Cominio Arunco II. Ad quod Cassiae gentis monumentum illustrandum L. Cassius denarium cum Liberae & Liberi imaginibus cudit. De aedis hujus dedicatione meminit Dion. Halicarnassi L. 6. Sic in Thelpusiorum finibus templum Cereris Eleusiniae erat, ἡγελματα δὲ ἐν αὐτῷ ποδῶν ἑπτὰ εἰς ἀπόδοσον θύεσον, Δήμυτρος ἦσι τε ἡ παῖς καὶ ὁ Δέσμωτος τὰ πάντα δροῖσις λίθου. Signa in eo sunt, septenum haud minus eorum quodlibet pedum, Cereris, Proserpinae & Liberi patris e marmore aequae omnia. Pausan. in Arcad. sive Libr. VIII. c. 25. p. m. 648. Spectat hoc quoque Marmor antiquum, cuius meminit magnus Salmasius in dedic. Stat. Regill. cum inscriptione: DEO BACCHO, CERERI ET KORAE.


Fig. 1.

Sic Ariadne in curru quasi triumphali, haec tenus descripto non absimili, in Gemma antiqua ex Achate bicolori sive Achatte Sardonyche, exhibetur ab Illustriss. Buanarotto, a Baccho ex insula Nasso

— — — ὁ τ' εἰς ὄλυμπον αὐγήγαγε δῖαν ἀκούτῳ,
Μίνωος νερην ἔργηδε.

Cum ad celum evehernet divam (sibi) uxorem,
nobilem Minois natam;

uti



Anaglypti antiqui ex achate bicolori op. E.C.G. de Carpinae p.s.b.

uti Cointus Smyrnaeus Calaber exprimit Paraleipomen. Libr. 4. v. 87. ubi Hymenaeus, sive Genius Amoris, cum tæda currum ducit, Cupido Ariadnes vestes prehendit, in terra ad maris litora Nympha loci, sive genius insulæ, cum fluvio & zephyro nuptiis novis quasi applaudit. Sic nummus Julius Domna a Ni-
cænsibus cusus exstat, in quo Bacchus & Ariadne in curru, a Centauris mare & foemina træpto, Cupido ante eos graditur, Antheros volitat; quem nummum invenies apud Excell. Se-
guin. Select. Numism. Sed ad triumphum redeo Bacchi, insu-
perque noto, ad pedes Centauri cistam sive Vannum vel Κινού, serpente sive Jovis imagine munitam, repertu dari, cuius me-
minerunt Catullus:

Pars obscura carnis celebrabant orgia cistis;

& Ti-

& Tibullus:

*Et Tyriæ vestes & dulcis tibia cantu,
& levis occultis conscientia cista sacris.*

occulta hæc sacra, mystica erant Cereris & Bacchi symbola, quorum penes nos esset ignorantia, cum nullis nisi μυστένοις ad silentii fidem obstrictis, revelata fuerint, nisi nobis adhuc conservassent Ecclesiæ Patres, qui gentilium sacris, quibus initiatiti fuerant, ejuratis; Christo nomen dederunt, quos inter chorum ducit Clemens Alexandrinus, ἀνὴρ ἐλλόγιος καὶ Φιλομάθης, καὶ ἀκαγωνιστῶν ἑλληνιῶν πολυπεργονούσις Θάδεος, ὃς ἐλίγοι τάχα πε τῶν πέρι ἀντοῦ, *Vir imprimis doctus & eruditus, qui Græcarum literarum altitudinem, quantum forsitan ante illum pauci, perscrutatus est: quo & quidem merito elogio eum mactat S. Cyrillus Archiepisc. Alex. contra Julian. Libr. VII. p. 231. Edit. Spanheim. Hæc autem laudatus Clem. Alexandrinus Admonitione ad Gent. p. 14. Edit. noviss. Oīas δὲ οὐ αἱ νῖσαι αἱ μυστᾶι; δεῖ γὰρ ἀπογνωμονῶσαι τὰ ἄγια ἀντοῦ, καὶ τὰ ἅρπτα ἔξιπτει. εἰ σταυροῖ τάντοι, καὶ πυραμίδες, καὶ τολύπιαι, καὶ πόπαναι πολυσύμφαλαι, καὶ ἕνδεκα τε ἀλών, καὶ δράκων ὁργιούς Δυούρων Βασταρεῖ; εἰχὶ δὲ ροῖαι πρὸς τοῖς δέ, καὶ παρθέναι, καὶ ναζθηνέαι τε, καὶ ιπταλοῖ; πρὸς δέ οὐ φθοῖς καὶ μήνων; ταῦτ' ἐτοῖς ἀντοῦ ταῦτα. Quales vero etiam cista mysticæ? oportet enim denudare sacra eorum, & illa non dicenda efferre. An non illa sesamæ & pyramides & volumina lanæ, & liba umbilicata, & micæ salium & draco sacrum Bacchi Bassarei. Nonne autem insuper mala Punica, & corda, & ferula & hedera? adhuc quoque placenta & papavera? Hæc sunt illa sancta. Vbi obiter noto, σταυροί, a Gentiano Herveto verti sesamides, Cl. Buonarroti, hunc Clementis Alexandrini locum allegans, Italice interpretatur *de panis de sesamo*, memor quippe illius Pollucis Libr. VI. §. 72. σταυρίου, Panis e sesamo. Sic volumina lanæ Gentianus Hervetus lanam bene laboratam, Buonarroti fiocchi della lana scar-dassata, πόπαναι πολυσύμφαλαι, Hervetus, liba multis distincta umbilicis,*

bilicis, Buonarroti, *della stiacciate bucate*, vertit: & sic de reliquis. Quod ad corda attinet, Julius Firmicus Maternus, ethnici superstitutionibus, ut verisimile est, imbutus, & senex de-nun ex Ethnicismi tenebris ereptus, divinaque Evangelii luce collustratus (sic sentiente Viro in Historia literaria incomparabili, quam profecto omnes Musæ καὶ οἱ δέλιοι ἡγάπησεν Αἴόλων, in Bibliothec. Latin. Libr. III. c. 8.) unus ex omnibus aliis annotat, *Cor discripti & dilaniati a Titanibus Bacchi, a sorore ejus Minerva cista mysticæ fuisse inclusum*, in cuius forte memoriam cordi similia, vanno postea imposita. Vid. ejus diss. de Errorre profanar. Religion. p. 14. Edit. Oiselian. Cæterum My-sticas istas Cereris Bacchique cistas consultissimum quondam patriæ nostræ Academia Philologus, Contr. Rittershusius, in Op-pian. Cyneg. Not. & Reverendissimus Demonstrat. Evangelicæ Auctori, diabolum ceu Dei operum & institutorum simiam & ἐμπαιντινην, Arcæ Fœderis in populo Dei divinitus fabrefactæ opponere voluisse, credunt. Imo eruditissimus Spencerus de Le-gib. Ebræor. Ritualib. dissert. V. c. 1. sect. 2. non ad dæmonis καποδηλαν, sed Dei συγνατθεσιν referendum esse credit, & ab ipso in hypotheseos, paradoxæ certe, patrocinium χρυσοσφρίμων Chrysostomus, & Rabbinorum doctissimus, qui primus nugare desit, Maimonides adducitur: quam sententiam nostram non facimus. In cista mystica ferulam & papaver eo attentius inspicimus, quod Bacchum proprius tangunt. Rationem reddit Claud. Minos in comment. ad Alciat. Emblem. XVI. p. 96. Ed. L. Pignor. erudito sancè figmento olim hæc Baccho fuisse tributa & assignata, ut vini vis poneretur ob oculos. Papaver somnium conciliat, ut mero plenus sui oblitus dare se somno debeat; ferula vero castigationis notam designat, ut intelligent ebriosi, se poena dignos citius quam misericordia, qui se sponte in id discrimen conjecerint. Claudimus cum Cl. Schonhovii distichis, Minoi suffragantibus:

*Cur ferulam Bacchus manibus gerit atque papaver,
Dic mihi, cur veteres hoc voluere patres?
Scilicet ut vino plenus det corpora somno,
Postridie poenas se meruisse sciat.*

Postquam Bacchum vidi mus, incurru triumphali Cereris latus
claudenter; proxime ad Cereris quoque latus stantem exhibe-
bimus

TRIPTOLEMVM

in Vase Onychin. Eggeling, qui inter *Divos* relatus & ædem
habuit & aream & aram, teste Pausania in Atticis. Hinc Sta-
tius altisonans *aethereum* vocat Sylv. libr. IV. carm. 2. v. 30.

*Aetherei felix sic orbita fluxit
Triptolemi.*

De parentibus ejus, qui dubii sunt, consulendus Pausanias loc.
cit. Cereri adamatum fuisse, plurima evincunt; hac enim Dea
languentem, & in orci faucibus jam constitutum puerum, pa-
pavere tepidoque lacte exhibito restituit; eujus rei testis Ovid.
Fast. I. 4.

*Somnique papavera causas
dat tibi cum tepido latte bibenda puer.*

Et paulo post:

*Pallor arbit, subitasque vident in corpore vices;
Tantus caelesti venit ab ore vigor.*

Nec Ceres contenta illum sanitati restituisse, cumulavit favo-
rem, quo illum prosequebatur, quando a Diis suppeditatum
frumentum, ipsius Deæ jussu, aratro insuper invento diffudit,
agrique colendi rationem edocuit: hæc enim auguria de illo
jam captabat Ceres apud Ovid. loc. cit.

*Ille quidem mortalis erit, sed primus arabit,
Et seret, & culta præmia tollet humo.*

Merito

Merito igitur in curru Cereris alato locum obtinuit, de quo curru Claudianus libr. 1. de Rapt. Proserp.

*Angues Triptolemi strident & squamea curvis
Colla legunt attrita jugis.*

Hunc Cereris currum exornant spicæ & papaveræ. Sic in numero Juliae Domnae, a Sardianis cuso, sub Archonte Antonio Hierace, ante hunc currum a serpentibus vectum, spicæ cum papaveræ. Elegansissimum Triptolemi statuam, capite spicæ corona insignito, frugib; ceu cerealibus muneribus, in paterna manu dextræ, sinistræ vero papaveribus & uvis impositis, exhibet in Regio Thesauro Brandenburgico laboriosissimus ejus interpres Begerus, & ante illum Illustriss. Baro Spanheimius Not. in Hymn. Callimach. p. 681.

Philosophi per ignem, sub hac Cereris & Triptolemi fabula opus magnum latere credunt. Sic enim Mich. Majer in Secret. Natur. Chem. Discurs. 35. p. 105. *Triptolemus Tinctura est Philosophorum eo modo sub igne nutrita, quæ a serpentibus ducta a b. e. Mercurio, docuit homines, quomodo semina Philosophica, in suam terram jacienda sint. Quilibet autem animadvertere debet, uti dracones Triptolemi currui jungendos bene agnoscat, antequam quid incipiat, quia sunt alati & volatiles; quos si scire desideres, in sumo philosophico invenies. Sunt enim simus & generantur e simo, suntque illud vas, quod Maria dicit, non esse negromanticum, sed regimen ignis tui, sine quo nibil efficies.*


VENERIS

Migonitidis ædes ex adverso Cranaës insulæ Lacones devote venerabantur, ceu ex Epigrammate Græco in Laurensbergii Obito Sorano n. 36. palam fit: Nos Maconitem vel Meconitem Ve-



Tab XVIII

nerem consideramus, *papavere*, πολυγονιας symbolo, superbientem. Exhibit illam elegantissima gemma, quam polydædala manus recentioris cuiusdam artificis in achate tam nitide, tam decoro ac affabre expresit, ut in ruborem dedit videatur canam antiquitatem, omniumque perstringat oculos, qui eam intimius lustrate & intueri dignantur. Ectyon ex Italico Itinere secum attrulerat amicus integerrimus, qui illud mecum communivit, ut ari incidatur, cumque omni antiquitatis gusto polleat,



orbi

orbi eruditio haud amplius denegetur. Annui eo præmio Amici jussis, cum plurima in gemma hac occurrant, *papaveris* mythologicam antiquitatem elucidantia. Apparet in ea

*Aeneadum genetrix hominumque Divumque voluptas,
Alma Venus,*

Et quidem Sicyonia, cuius effigiem fecit Canachus Sicyonius, teste Pausania, Corinth, sive libr. 2. c. X. p. 134. qui illam porro describit: πεπίνται δὲ ἐκ χρυσοῦ καὶ ἀλεχαντροῦ φέρουσα ἐπὶ τῆς φαλῆρος, facta ex auro & ebore, capite apicem, qui polus dicitur, gestat. Nec hoc capitis ornamento sive polo gemma nostra destituitur, de quo alcum apud alios auctores silentium, excepto Pausania nostro, qui Fortunæ Minervæque capiti polum impositum fuisse tradit Messen, sive libr. 4. c. 30. p. 355. & Achaic. sive libr. VII. cap. 5. p. 534. Laboriosissimus Tiraquellus, qui materiem mundi muliebris de LL. Connubialibus penitus ferme exhaustus, poli tamen dememinit. Apud auctores Græcos communiter verticem capitis, apud Hesychium vero & Pollucem totum caput hæc vocula denotat. Sistit se Venus in hac gemma, sicut ab Homero describitur, εὐ βορεῖτο μέντης δῶρα δίδωσιν, ἵψητῷ δὲ προσάπτῳ αἰεὶ μειδεῖ, blanda homini dat munera semper ameno vultu subridens. Capillus diligenter circum caput rejectus, reliqua casaries

*Fluitans cui pendet ab armis,
& se - - - per candida colla repandit,
καλλοπεῖσος porro genis pulcherrimis, λευκόρεος;
νι-veis hinc atque hinc virga lacertis.*

roseis digitis. Nuda est, ut Apulejus de Asin. Aur. scribit, *qualis fuit, cum fuit virgo, nudo scilicet & intecto corpore*, & ut Arnobii verbis me explicem, tanquam si illum dicas publicare & diuendere meritorii corporis formam. Αφεοδίτη præterea καλλίπυγη, cui apud Barbaros erectum templum;

πυρόπτεια, argenteis pedibus prædita, quo epitheto illam Lyricorum princeps odax Pyth. exornat: καλλίσφυγος, pulchros talos habens. Et ut brevibus rem omnem expediam, ex Epigramm. libr. VI. n. 136.

ὅμως τὴν Ήρης Μελίτην, τὰς χεῖρας Αθήνης,
τοὺς μάσοντας Παφίν, τὰ σφυρὰ τῆς Θέριος.
Oculos habes Junonis Melitenis, manus Minervæ,
Mammæ Paphiæ Veneris, talos Tbetidos.

& ex Epigramm. 128. Anthol.

"Αυτη πρόσθεν ἦν ἐφαύγεος, εἰαρέμασθος,
ἔνυπος, ἐνυπέρ, ἐνοφρός, ἐνπλόκωμος.

Hæc primum erat amibili corpore, vernantibus mamillis,
pulchris pedum malleolis, pulchris supercilii, pulchris comis.
Dextra pomum monstrat, pulcritudinis e Paridis judicio præmium, quorum cumulus quoque ad pedes adstantis Cupidinis jacet. Qualia autem hæc sint, interpretem voco Cl. Laurenbergium Otiū Sorani pag. 58. Epigramm. sub titulo: μῆλα τοῦ
Εὐφρώνος.

Δακρύσσων φάνεσκεν Ερως χρυσᾶν Αφροδίταν.
Τίτον μοι τὸν Φοῖβον, ἐμῶν συλίτορα μῆλων,
Αἵ δι ποδεψέλμενος φέρον Εσπερίδων ἀπὸ κύπεων
Μιτέρι σὺν δώρον. χείρας δ' αἴχπαξ ἐπέβαλλεν.
Ουδὲ αὐτῷ ἐφύλαξε καποτροπος ἀλλὰ τετάρτη
Ἐρμείφ προσάψε, κλοπῆς συμφρέδων Φωρί.
Ουτιδανάις δὲ τρίτην μήσαις δεκάτην χαροεσσι
Δῶκεν. ἔπικοστὴν δὲ πυγόσολος ἔχλαβεν Ήρη.
Ἐρδενὶ μοι Φευγόντι κατέλλιτε μέλον ἀπονον.
ὅσις Απόλλωνος ῥάβδοις κάτα νῶτα πατάξῃ.

Poma Cupidinis.

Sic Venerem lacrymis amor est affatus obortis:
Prædonem, Genetrix, pomorum ulciscere Phœbū,

Quæ

Quæ lecta Hesperidum ex hortis tibi grata parabam
Munera; sed raptor furtivos intulit ungues.
Nec sibi servavit, sed Maja matre creato
Quadrantem objicit, cui dextra est conscientia furti.
Ab decimam Charites partem accepere: trientem
Musæ, bis decimam Ganymedea abstulit Hebe.
Dum clamo fugiens, mihi vix undena reliquit,
Quæ dabo, si merito Phœbū quis verbere cædet.

Quot autem Cupidinis poma fuerint, ex Algebrae intimis penetralibus eruit Vir Μαθηματικότατος, cuius Otium Soranum consule, si tanti videatur; nobis enim ex deviis hisce ad Venerem Sicyoniam redeundum. Quippe & hæc e Pausania effato l. c. τῶν χειρῶν δὲ ἔχει τῇ μὲν μήκων, τῇ δὲ ἐτέρᾳ μῆλον, manu altera
papaver, altera malum tenet. Nec papaver nostræ deest, hoc saltem discrimine, ut sinistro innitarur palo, cujus summitas &
spicis & papaver ornata, fecunditatis uberrimæ, & abundans annona symbolis. His lucem foeneratur Cynicus apud Atheneum libr. 6. Deipnosi.

ἐν τῇ κενῇ γαστὶ τῶν καλῶν ἔρως.
····· εἰς πειναστιν γαστὶ ηὐτῆς πινεῖ. i. e.

Nam ventri inani non inest formarum amor:
Amara his Venus est, dira quos premit famæ.

Idem Athen. Deipnosi. Libr. I.

ἐν πλησμονῇ γαστὶ Κύπεισ. ἐν γαστὶ τοῖς μηλοῖς
πρέπτοντιν εἰς εὐεστιν Αφροδίτη θεοτοῦ. i. e.

Saturis Venus est. Cæterum infelicibus
miserisque nulla adeft Venus mortalibus.

Adde & hoc, spicas Veneri immolatas fuisse, cuius rationem dat Suidas, quia elixum frumentum excitat ad Venerem.

Ad palum crescit viciis uvis gravida, quoniam secundum Ovidium Libr. II. de remed. Amoris:

Vina:

Vina parant animos Veneri.

Ec: *Venus in Vinis, ignis in igne cluit.*

Scilicet: Νερέων Αρφοδίτη διονύσου δέχα καὶ δημητρός. *Mortua res Venus sine Baccho & Cerere.* Euripides in Bacch. v. 772. sic exprimit:

"Ονομάζει μηκιέτ' ὄντος, συκή τεστιν Κύπριος,
ινδὸς ἀλλο τερπνὸν οὐδὲν ἀνθεψώσις ἔστι.

Vino enim sublato, non est Venus,
Neque ulla alia voluptas hominibus amplius.

A quo non dissentit Nonnus Dionys. Libr. 31. v. 268. 269.

Καλὸν ἐμοὶ Διόνυσον ιδεῖν κατὰ μέσσον ὀλύμπου

"Ημενον ἐγγὺς ἔρωτος ὁμέτον ἀφρογενεῖν.

Pulchrum mibi videre Bacchum in medio celi
Sedentem prope amorem, contubernalem e spuma natæ.

Hinc passim vinum ab Aristophane apud Athen. libr. X. Deipnos. Αρφοδίτη γάλα, *Veneris Lac*, audit. Ab Achille Tatio libr. 2. *Amoris pabulum* vocatur. Apulejus autem de Asin. Aur. libr. 2. *Liberum esse hortatorem & armigerum Veneris*, innuit. Cupido quoque in decerpētis uvis operam suam hac in gemma collocat: unde Ovidii versus Libr. III. de arte amandi, lucem accipit:

Cum Veneris puero non male, Bacche, facis.

A dextris Veneris alter ejus forte e Marte filius, *Antheros* dictus, manuum digitis ludens conspicitur. Quis autem ludus ille sit, ex antiquitatis eruendum fontibus. Apud Sortilegos siebat amoris augurium *Papa veris* vel *Anemones* folio, quod Græci τηλέφιλον vocabant. Hoc ex Theocrito discimus Idyll. γ. v. 28.

"Ἐγνων πράνη, ὅποι μεν μεμναῖνει εἰ φιλέσις με,

Οὐδὲ τὸ τηλέφιλον ποτε μέσατο τὸ πλατύγυρο
(Aldin. Editio legit προτιμαξάμενον πλατύγυρον.)

"Ἄλλ' αὐτῶς ἀπαλῶ ποτὶ πάχει ἔξεμφάνθη.

Intel-

Intellexi nuper, cum quererem, an me amares,
Telephilum allijsum non edidit sonum,
Sed frustra in tenero cubito excaruit.

Lucem huic loco dedit Theocriti Scholia fest, scribens: Τηλέφιλον δέ ἐστι τὸ φύλλον τῆς μήπονος. ἀλλοι δὲ Βοτάνην ἐπέραν λέγουσιν εἶναι αὐτόν εἴ τε δὲ τοῦτο, εἴτε ἐκεῖνο ἐστιν, ἀναλαμβάνεται παρὰ τῷ ἐρῶντι τὸ τηλέφιλον, καὶ πληγμονος εἰ φόρον ἀπετέλει, ἐδίδουν αὐτοῖς σημειῶσαν, ὅτι ἀντεργάται μήπον τὸν ἐρωμένον. εἰ δὲ δικαὶος ἀπετέλει, ὅτι μητονταί. ἔργαται δὲ τηλέφιλον, κατὰ κονταρίαν τοῦ τ., πρὸς τὸ δι. διονεύδει τηλέφιλόν τι δι, τὸ δηλοῦν τὸ φύλλον. *Telephilum folium significat papaveris*, aliis aliam quandam plantam sic vocari tradunt. *Si ueritatem folium papaveris*, aut alterius herbae, perinde est. *Uluntur eo amantes*, si ab istū sonum emiserit, se amari ab amatis colligunt; *si uero non percrepuerit, odii signum putant*. *Dicitum est Telephilon quasi delephilon*, quod amore præmonstret. Eandem sententiam fover Pollux in Onomastic. Segm. 127. Libr. IX. cap. 7. p. 1113. seq. Edit. Hemsterhuis. Άλλα καὶ τὰ τοῦ τηλέφιλου (alii τηλεφύλου) καλουμένον φύλλα ἔπει τὰς πρώτας δύο τῆς λαιᾶς δακτύλων εἰς πύκλον συμβληθέντας (alii ἐμβληθέντας) ἐπιθέντες, τῷ κοίλῳ τῆς ἐπέρεσις χειρὸς ἀπτηρέσαντες, εἰ κτύπον ποιήσει ἕνεκτον ὑποχρέει τῇ πληγῇ τὸ φύλλον, μεμνηθει τὰς ἐρωμένις αὐτῶν ὑπελαμβανον. *Sed & papaveris & telephilli didi folia primis duobus sinistræ manus digitis in circulum flexis imponentes, & uola alterius manus percutientes, si ruptum hoc istū folium sonum clarum ederet, eos, quos amabant, sibi meminisse existimabant.* Elucet ex his Pollucis, folia papaveris & Telephili distincta esse, id quod Scholia fest que Theocriti innuit: τὸ τηλέφιλον, οὐδέν τι θαμνῶδες, καταθετεῖ ἡ ἀναβάνει τρίκλιστον. τοὺς δὲ κλάνας ἔχει δεσμῆνες μετέξοντα πτεραματας. ταῦτα φύλλα εἴσοι τῷ σπειρομένῳ λωτῷ, λοβὸν δὲ ἀφίσσει ἐλιποεῖδην ὥρᾳ σπέρμα, διν ἐπιχωριαίνει, ὁ χρός ἔξαμαντεται καὶ τύπες τινὰς λαμβάνει, οὐ μόνον ἐπὶ τὰς χειρας τὸ τηλέφιλον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ

ἐπὶ τὸν ὄμον τιθέντες, ἐδὲ οὐτε καὶ τὸν πῆχυν, ἐπεκερδόντο τε φόρε.
Αλλα. Τίνες δὲ τῶν ἔρωτικῶν τὸ τηλέφιλον ἐπὶ τὸν ὄμον τιθέντες, οὐ
τὸν καρπὸν, ἐπικρέποντες καὶ ἐδὲ μὲν ἐρυθρὸν γένεται, καλλύτες ἀυτὸν
ρόδιον, νομίζουσιν ἀγαπάνται μέσον τῶν ἔρωτικῶν τε καρδιάτοις δὲ
ἐμπροσθέντοις, οὐ ἐλκαθέντοις, μισεῖσθαι. *Telephium* planta fru-
ticosa tribus a radice ramulis assurgens longitudine palmari, fo-
lia ferens sativa loto similia. Siliquam emittens rotundam (cla-
vicolatam) in qua semen, quo illinito, corpus sanguineum acqui-
rit colorem itusque quosdam accipit. Nec tantum manibus, sed
etiam bumeris telephilum imponunt, Εἰ ad cubitum usque explo-
rant, an sonum emitteat. Alter: Nonnulli amantes Telephilum,
aut ejus fructum bumeris imponunt, mox leviter percutiebant;
quod si inde ruborem concepissent, rhodium appellabant, Εἰ se ab
amasis amari augurabantur. Si vero exulcerati aut inusi,
odii signum putabant. Hæc Scholiafestes: nec enim nostri ope-
ris, hic ulterius inquirere, an hæc a Scholiaoste descripta planta
sit. *Scorpiooides* altera *Mattioli*, vel *aizoum parvum* sive *tertium*
Dioscoridis, quod ultimum acre & exulcerans est, præsertim
cum Dioscorides etiam *Aizoum* *telephium* vocari auctor sit,
& Hesychius: τηλέφιλον Φυτόν τι τίνες δὲ αἴσιον ἄγειον definit, &
apud Dioscoridem forte pro *Telephio* *Telephilon* legendum au-
toritate Theocriti & Hesychii; sed cum eruditissimus Theophrasti
Commentator hæc ad amassim examinarat & conciliarat,
B. L. illuc remittendum duco. Folium porro *Papaaveris* dici
quoque πλαταγάνιον, apparebat ex Nicandri Georgicorum Libr. 2.
ab Athen. Deiphob. Libr. XV. p. 683. Edit. Cesaub. ult. citato:

Καὶ δὲ ἀντίς μίνιονος ἀπὸ πλαταγάνια βάλλοις,
Ἄβεστον μέσον ὅρεα κατέπεσσιν Φυλάξῃ. i. e.

Papaaveris florem tu adime,

Ut intactum caput, Εἰ a culicibus non erosum custodias.

Huius consentit sapius citatus Theocriti Scholiafestes ad verba
Poetae Idyll. XI. v. 57.

Η μάκρων ἀπαλάν, ἐρυθρὰ πλαταγάνι ἔχοισται, τὰ, inquit, π-
μίκνων φύλα φυτοί, καὶ τὰ τῆς ἀνεμόνης, απὸ τῆς πλατάσσειν, οὐ ἐσ-
φορεῖν. τιθέντες γάρ αυτὰ πατὰ τὸν ἀντίχειρα καὶ τὸν λιχανὸν δάκτυ-
λον, τύπτεται τῇ ἑτέρᾳ χειρὶ, καὶ ἐτώ σημανταί εἰ ἀγαπώντας ὑπὲ-
τῶν ἔρωτικῶν, ὥσπερ καὶ απὸ τῆς τῆς πλαταγάνης φόρου, οὐ ἡ φόρας
ἐπιφεύδεται. *Platagonium papaveris* vel *anemones* folium, a-
sono, quem collisa faciunt: iis siquidem periclitabantur, Εἰ quid
amasis suis forent grati, effetque affectus mutuus, siquidem pol-
lici imponentes ea, Εἰ indici, mox altera manu collidebant, quod
si percrepissent, amari se argumentabantur, sin minus, ut fru-
strati ingemiscerent. Explicat hæc fusius Suidas: πλαταγάνιον.
τὸ μηδὲν πορίως ἢ τὸ τῆς μίνιον φύλαν, καὶ τὸ τῆς ἀνεμόνης ἀπὸ
τῆς πλατάσσειν, ἥγεται πάκην, καταχρευτικός, δὲ ἀτινέν τοῦτο ἔχον-
ται δέντες καὶ η πλαταγή, ἵστησιν δὲ απὸ αυτοῦ τὴν τῶν ἔρωτικῶν
σοργὴν, τιθέντες ἐπὶ τε τῆς αντίχειρος, καὶ τὴν λιχανήν, καὶ ἀντι-
κόπτοντες, καὶ εἰ μὲν ἥχτει, ἐσέργοντο. οὐ δὲ μή, τὸ διάπτελον.
Quæ verba ex versione Aemili Porti hoc volunt: *Platago-*
nium. *Nihil*. Quod nihil habet præter inanem strepitum. Pro-
prie tamen ita vocatur *papaveris* folium, Εἰ *anemones*, que
Εἰ ipsa est *papaveris* species. a verbo πλατάσσειν, id est, strepe-
re, sonum ac strepitum edere. Abusive vero dicitur etiam de
qualibet re latitudinem habente. Vnde Εἰ ipsa platage dicta.
Ex eo autem *papaveris* folio, suorum amassorum amorem con-
jicientes, observabant, id pollici, Εἰ indici imponentes, Εἰ ad-
versam percutientes. Nam si quidem resonisset, ab amasis ama-
bantur: nisi vero clarum sonum edidisset, contrarium conjicie-
bant, Εἰ se exosos esse credebant. Nec id in sinistra tantum ma-
nu ab amantibus factum, sed & in cubito, uti ex supra citato
v. 30. Idyll. 3. Theocriti clarum. In humero quoque id obtigif-
se, Scholiafestes testatur. Οὐ μόνον δὲ ἐπὶ τῆς χειρὸς τὸ τηλέφιλον,
ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὸν ὄμον τιθέντες, ἐδὲ οὐτε καὶ ἐπὶ τὸν πῆχυν, ἐπεκερδόντες
τὸν φύρον (φόρον). i. e. Non solum vero in manus *papaaveris*,
sed Εἰ in bumerum ponentes, experiebantur sortem suam. Coloris
quoque

quoque rationem habitam fuisse, ex supra allatis Theocriti Scholiaста verbis perspicuum, uti & temporis; alia nempe aestate, alia folia hyeme in usu erant. Sic enim toties jam allegatus Scholiaстes ad Idyllii XI. v. 56. verba: ἐφερον δέ τοι ἡ κέινα λευκά,
commentatur: ἐφερον δέ τοι καὶ ἔρωτικά σύμβολα. κέινα δηλούτι λευκά καὶ
μήκινος φύλλα. ἀλλ' εὐ ἀν δινυθείν φέρεντι σοι ἀμφότερα ἐντός τοῦ μη-
χερ. τὰ γὰρ κέινα τέ θέρους εἰσὶ τὰ δὲ τῆς μήκινος φύλλα, τὰ χειμῶνος.
Σύμβολα τibi amatoria-obtuli, alba nimirum lilia & folia papa-
veris. Sed eodem tempore utraque tibi ferre nequeo; lilia enim
aestate sunt, papa-veris autem folia hyeme. Dum litorum men-
tio injecta, monendum hic duxi, similia ē liliis extrinsecus in-
fatis, ac nucleis pomorum armantes auguria caprassae. Fusius
hac explicat Pollux Onomast. loc. sup. cit. καὶ μὲν καὶ τὸ κέινον
διατέλει ὃν καὶ διάκενον ἐνθεῖται ἐν φυτήσαντες, ὡς ὑπὸ πλήσται πνεύ-
ματος, πρὸς τὰ μέτωπα, ἥργαντες, ἐπικαίροτο τὸ παροτρήσαι τῷ
πτερῷ, ἵνα τοῖν τῷ σπέρμα τῶν μηλῶν, δύπερ ἔχειται τοῖς μηλοῖς ἐν-
δοῦσιν, ἀγοῖς τοῖς περιτοις τῆς δεξιᾶς δύο δακτύλοις συμπίεζοντες
ἕτεροι διάβροχον καὶ ὅλως ἕργον ὄν, εἰ πρὸς οὐλός ποδόσαν, ἐπημανόντο
τέττῳ την ἔνοιαν τὴν παρὰ τῶν πατειών. δύπερ καὶ τῷ κτύπῳ τῶν
λατάγων, εἰ τὸ λείψαντον τοῦ ποτοῦ κατταβησάντων κτυπήσει. In-
super & lithium duplex existens, & vacuum interius instantes,
ut spiritu impleretur, in fronte rumpentes, sono huic similia judi-
cabant. Præterea & malorum sēmen, quod malis summis inest,
primis dextræ manus digitis humidum adbuc existens, & lubri-
cum comprimentes, si in altum exiliret, hoc judicabant amica-
rum benevolentiam: veluti & stilarum sonitu, si reliqui a po-
tus cottabisantium sonarent. Amatorium hunc ludum μέγα θεα-
μα βορῶν Cl. Meursius in Græcia Ludibunda πλατυγίκεν vocat,
Scholiaстis Aristophanis auctoritate forte inductus, qui in Equi-
tibus ad v. 827. hæc habet: πλατυγίκεν, κυρίως τὸ ἐπιτιθέναι πλα-
ταγάνιον τῇ ἀετερῷ χειρὶ, καὶ πούσιν τῇ δεξιᾷ, καὶ ἄλλον ἀποτελεῖν.
Πλατυγίκεν propriæ hic sumitur, nempe imponere folia papa-veris

in

in sinistram manum, & verberare ea dextra, & ita proferre
sonum. Ab hoc sono, quem edunt, papa-veris folia a Nican-
dro apud Athen. Deipnosoph. L. XV. p. 684. Θεία dicta sunt:

Θεία δ' εἶ λέγει τὰ τῆς σημῆς
ἄλλα τὰ τῆς Μήκωνος.

τὰ Θεία hic non vocat ficus ramos, sed papa-veris (fiorem,) quæ verba non quidem Nicandri esse, sed cuiusdam Annoto-
toris & Scholiaста, Cl. Dalechampius in Athenæum p. 808. cre-
dit. Aristophanes in Vespis: οἵς ἐγώ πολλαὶ ἀνούσας οἴδα θείων τὸν
φόρον, ut sapius qui audierim, Thria quid strepent. Hæc Me-
conomanitia revocat in memoriam Daphnomantiam, illius æmu-
lam; cujus Naso meminit Libr. I. Faſtor.

Et sonet in mediis lauris adiuta focis:

Et alibi:

Laurus uti bona signa dedit.

de quibus pluribus Cl. Lomeier in Epimenid. cap. 19. p. m. 252:
vel Pyximantiam apud Delphinares adhuc usitatam, ubi Epiph-
ania die binas Lacunas Sallenagias adeunt,

Quæ si pollicita restagnent undique lympha,
unaque fecundas segetum portentid avaro
Agricola messes, fecundas altera vites.

Tunc obiter deceptos buxi ramusculos, quæ ad montis radices
copiosa est, cantitantes in aquam intingunt, reversi domum folia
ante focum explicant, auspiciatum credentes, si pluribus gy-
ris illa præ calore crepitantia circumtaguntur; si minus, inau-
spicatum. Vid. Dion. Salvagn. Bœſſli Miscell. de Septem Delphin.
Miracul. Silv. IV. de Tinis Sallenagiis. Sed contraho vela, & an-
tequam ludo huic,

ut superincusso crepuere papa-vera somno,
finem imponam, hoc tantum addo, Nobiliss. Cæſ. Ripam hoc
motum ludo, in Iconologia sua, Amoris judicium papa-vera

coronatum exhibuisse. Non dubito, his perleatis, fore plerosque, qui mecum credant, ludentem in gemma nostra Antheron, hunc Plāntagonistū ludum indigitare.



Sed jungimus Gemmæ huic aliam, Venerem pariter & *papa-ver* concernētē ex Augustiniano Thesauro Part. I. n. 116. de promtam, ubi Venus alma conspicitur cum Cupidine, Deo amoris ex ipsa & Mercurio genito, cui *papaver* porrigit, foecunditatis typum, quæ sequitur amantium gratias. Causas si inquisiveris,

cur

eur in gemmis hisce Veneri *papaver* junctum, in promtu eæ sunt, (1.) quod Theocritus aliisque Poëtæ singant *Papaver* natum e Veneris lacrymis, Adonidem lugentis cum Rosâ, si Portæ fides habenda, Villa Libr. X. cap. 58. p. 737. Quæsivi hæc in Theocrito, sed frustra. Bion quidem Idyll. II. v. 64. seqq. hæc habet:

Δάκρυον ἀπαφίη τόσον ἐγχέει οὐσον Ἀδωνις.
Ἄλιμα χέει, τὰ δὲ πάντα ποτὶ χθονί γλυκύτας ἀνθη.
Αἴρει βόδον πίκτει, τὰ δὲ δάκρυα τὰν Αρεμόνεν.

Lacrymarum tantum Venus effundit, quantum Adonis Sanguinis fundit. Hec vero omnia in terra conver-tuntur in flores:

Sanguis Rosam gignat, sed lacrymæ Anemone.
& Moschus Idyll. 3. v. 5.

Νῦν βόδα Φοινίσσεοθε τὰ πένθιμα, νῦν ἀνεμάναι.
Νῦν ὑαπίνθε λάλει τὰ σὰ γέδυματα.

Nunc Rose rubete lugubriter, nunc Anemone.
Nunc Hyacinthe literas tuas loquere.

& iterum Bion Idyll. I. v. 34. 35.

Καὶ παγεῖ τὸν Ἀδωνιν ἐν ὕρεσι δακρύοντι,
Ἀνθεα δὲ εἰς οὐρανούς ἐγενθήσανται.

*Et fontes Adonidem in montibus deplorant,
Flores autem præ dolore rubefunt.*

Purpurei coloris flores in genere hæc quidem concernunt, sed in specie *papaveris* nullus meminit, nisi regerere velis, Anemones a nonnullis quoque inter papavera referri, id quod R. P. Balthasi de Victoria Theatr. de los Dioses de la Gentilidad P. II. Libr. VI. cap. XI. ex Lacuna in Dioscoridem notat his verbis: *T es de notar, que la Amapola, y la adormidera, todo es uno, como lo advirtio el Doctor Laguna sobre Dioscorides, y bama a las amapolas, papaver domesticum.* Hoc tamen disserim admitit Elius Antonius Nebrisensis, ut *Amapola* sit *Papaver erratum*,

ticum, dormidera vero *Papaver sativum*, sit nutrix opii. Sic & Theocriti Scholiastes loco superiori citato πλαταγώνιον & papaveris & Anemones folia denotare afferit. (2.) Papaver Veneri dicata planta, ob polygoniam: hinc secundi nomen obtinuit. Ovid. Metamorph. L. 2:

• Ante fores antri secunda papaveria florent.

Et jure de se exclamat Papaver:

Ergo secundum super omne germe
Me Deus fecit, numeroque turbæ
Persicum vincit mea feminis
capsula castrum.

Hinc Sponsi quoque papavere coronati, testibus Scholaste Aristophanis, & Cl. Patino de Numism. Imper. ær. p. 114. Et Nicander apud Athenæum inter coronarias herbas atque flores papaver collocat; ut hac ratione Ἀργεστία μήνων, Veneris papaver, appellari mereatur ex mente Illustr. Fabii Columnæ in Phytobasan. p. 97. Sic a Poëtis cum elegantissimis jungitur floribus. Theocritus liliis albis connectit:

Ἐφερον δέ τοι ή κείνα λειπά,
Ἡ Μάνων ἄπαλάν, ἐνθάδε πλανταγῶνι ἔχοισσαν.
adferrem vero tibi vel alba lilia
vel Papaver tenerum, quod rubra crepitacula habet.

E Latinis Poëtis huic consentit Romanus Callimachus, qui Cyrenænum vatem maxime imitabatur, Propertius nempe Eleg. ult. Libr. I. de raptu Hylæ verba faciens:

Irriguo surgebant lilia prato
condida, purpureis mixta papaveribus.

Similiter & Virgil. Georg. L. IV.

Iliaque circum
Lilia, verbenasque premens vescumque papaver.

Et

Et Ovidius Hyacinthi adolescentis longe pulcherrimi vultum morientis describens, similitudinem a violis & liliis petiit, iisque papaver medium inseruit. Ita enim ille:

Vt si quis violas, riguove papaver in horto
Liliaque infringat, fulvis hærentia virgis,
Marcida demittant subito caput.

Et rursus Virgilius Eclog. 2:

Pallentes violas et summa papavera carpens.

Ovid. Fastor. L. IV. T. III. p. 586. Edit. in VI. Delph.

Illa legit calthas, huic sunt violaria curæ,

Illa papavereas subsecat ungue comas.

Et certe papaveris flores tam vario, tam grato, tam spectabilis colore sunt, ut cum laudissimis facile certare queat de principatu, & vere Cl. Rapinus canat:

Postquam crissatos imitata papavera cirros
Floruerint, tum terra alios induita paratus
Diversos in non diverso flore colores
ostentabit, opum monumentum insigne suorum,
opus Eleusinæ Matris, cereale papaver,
cui sublime caput, folium sandice rubenti
Puniceum, sed quæ species est alba crepanti
Concolor argento, gaza resplendet agresti.

Catullus in laudanda nova nupta, papaver tanquam Veneri sacrum non aspernatus fuit:

Vxor in thalamo est tibi,
Ore floridulo nitens,
albe Partenica velut
Luteum ve papaver.

Vt silentio transeam, id ipsum papaver inter Priapi donaria a Veronensi Vate, in Ichyphallieis recenseret:

Q

Flori-

*Florido mibi ponitur picta vere corolla
Primitu, & tenera virens spica mollis aristæ,
Luteæ violæ mibi, luteumque papaver,
Pallentesque cucurbitæ, & sua veolentia mala,
Vua pampinea rubens educata sub umbra.*

Hinc (3.) ob vim Aphrodisiacam, in papavere latentem, Veneri adjudicatum *Cocetum* hoc probat, potionis genus ex lacte, melle & *papaver*e intrito aphrodisiacum, nuptis die ipso nuptiarum exhibitum. Venus ipsa ad Vulcanum ducta, hac fertur recreata, in amplexus postea & oscula nota mariti ruens, Venusino Vate sic sentiente Fastor. L. IV.

*Nec pigeat niveo tritum cum latte papaver
Sumere, & expressis mella liquata favis;
Cum primum cupidus Venus est deducta marito,
Hoc bibit; ex illo tempore nupta fuit.*

vel ut Virgilus exprimit:

*Optatos dedit amplexus, placitumque petivit
Conjugis infusus gremio per membra soporem.*

Amplissimus se aperit campus, de nimio orientalium in papaveris succum affectu differendi, cui avidissime inhiant, exinde que medicamenta ad Venerem stimulantia parant: Sed actum agerem, cum materiam hanc more solito exhauserit & absolvitur in studio nostro Excell. Wedelius in Opiologia & Epistolis Amœbæis ad Illustriss. Maurocordatum. Hoc unicum tantum ex Epistola viri Generosissimi excerpere liceat, ad rem nostram apprime faciens. Hic e celebri & fide dignissimo, Poëta Sahidi, qui versibus vocabularium edidit Turcico-Persicum, dicit, illud quod Persice dicitur *Beng*, Arabice *Efrar*, in lingua vulgari obsoleta Turcica dici *Maslach*. Jam si hæc sint Synonyma, quod vir Illustrissimus innuere videtur, & Beng ex opio quoque paratum sit pharmacum; sicut Celeb. Herbelot ex

Hyoscyamo

Hyoscyamo paratum credat, Bibl. oriental. p. 200.) stupendum sane de eo effectum refert Bodæus a Stapel in Theophrast. Hist. Plantar. Comment. eruditiss. quem a nullo medicamento Venero unquam quis expectet. Retulit ipsi nempe Praefectus Batavus ex India orientali redux, qui hoc remedio sapientius utebatur, foeminas etiam numero plures, qua cum ipso illa nocte concubuisserent, adeo defatigatas a Venere fuisse, ut postea ejus concubitum horruerint. Ipse vero tantopere exhaustus & defatigatus erat, ut restaurantum medicamentorum & optimorum alimentorum ope restitui debuerit. Similia pæne narrat Saarius noster in Itiner. Ind. oriental. Et quem nostrum latet in prælia Hungaricis occisos opii devoratores Turcas sapientius tanta tentigine membra, alii licet omnibus emortuis, jacuisse, quantum vix Priapisno laborans vivus unquam sensit? Imprimis de papaveris opioque Aphrodisiaca vi legi merecur Academiæ nostraæ Naturæ Curiosorum lucidissimum quandam fidus, Illustr. Sachsius a Löwenheim Dec. I. Ann. 2. p. 126. ubi curiosissima de opio Venereo colligit. Cl. Paludanus Not. in Hug. Linchotan. Itiner. c. 34. memorat, Venereum papaveris potionem, feminis virilis ejaculationem, ad excitandum majus in foeminas Veneris œstrum retardare. Confer. quoque diligenterissimus Olearius & Mandeslo in Itinerariis. Exemplorum tanta messis, ut intempestive diligens viderer, si plura obtruderem. Itaque hæc de Venere Maconite dicta sufficient.

CVIDINEM

Matri filium subjungimus, quem papavere itidem ornatum non nulli exhibent. Plane hospes sit in Historia literaria, cui turbæ, quas Ἡρός κοινάευσαν inter Belgii eruditos excitavit, ignota. Marmor est antiquum, in quo juvenis leoni indormiens,

reflexa in sinistrum humerum dextra, sinistra vero duo papaveria complexa, quibus lacerta adrepit. Juxta dextrum latus haec litera ænigmatica, nec plurium vestigia visuntur: O. V. A. R. N. M. Exhibuit marmor primo Comes Ludovicus Moscardus Veronensis, in Libro Italice inscripto: Note overo Memorie del Museo Moscardo Libr. I. c. 12. omissis tamen papaveribus & literis, Oedipo interprete vel Delio conjectatore opus habentibus. Hanc dormientem imagunculam ex omni antiquitate, ea qua pollebat ingenii felicitate & judicii sagacitate, Cupidini sive Amori vendicavit Excellentissimus Tollus, argumentis vix refellendis: (1.) ex Apulejana Psyches mariti delineatione & formæ venustate, ubi Madaurensis ille Philosophus ipsi tribuit capitis aurei cæsariem ambrosia temulentam, cervices lacteas, genasque purpureas, pererrantes crinum globos decoriter impeditos, alios antependulos, alios retropendulos & reliqua. (2.) a Leone, cui Cupido indormit, ejusque in sàvissimas fortissimassæ feras vi & potestate,

qua Pœnos domitare leones
Et validas docuit vires mansuescere tigris.

(3.) a Lacerta, venereorum veneficiorum instrumento, & scincio Ægyptio, egregio ad Veneris opus irritamento: maxime vero (4.) a Papaveribus nostris, quæ Veneri & Cupidini amica fusius demonstravimus. Adversarium postea naclus Excell. Rondellum, Professorem Trajecti ad Mosam, qui omnia Mithrae vel Soli, quæ Tolliana eruditio Cupidini sive Amori vendicaverat, non minus arguta quam docta explicatione tribuere annus est. Nolo me in recensione Rondellianæ hypotheseos diffundere; hoc tantum noto, quod *papavera* manu sinistra Cupidinis detenta, *Hesperidum mala*, aut *punica* certe *minora*, vel *Mandragoras* credit Cl. Rondellus. Sed omnes rationes Rondellianas satis elegantes, ceu Sibyllæ folia difflat in omni anti-

antiquitate versatissimum ingenium Tollianum. Papaveris enim capita in hoc ectypo, dilapsis floribus jam semen ferentia, apparent, quæd e crenis loculamentorum abunde liquet, quas in aurantiis malis & Mandragora frustra quis quartat, in punicis vero malis longe alter figuratae. Hac pro Cupidine & Mithra scripserant Excell. Tollus, & Rondellus. Ænigma literarum adhuc restat, sive illud ab ingenio fuerit profectum statuarii, sive ab impostura vendentium, quo carius forte emeretur, Varias certe pro Interpretum scopis nactum est interpretationes. Eruditissimus Tollus pro fulcienda sua de Cupidine sententia, hanc dedit: *Omnis Vis Amoris Requie Nocturna Mitescit.* Cl. Rondellus, in destruenda hac sententia occupatus, sic explicavit. *Omnis vis Amantium Requiescens Nullius Momenti.* Item: *Ostro Vernantis Amoris Reffessere, Nil Misericors:* & pro fulcienda sua de Mithra hypothesi, nil aliud significari credit quam: *Orbes Volvuntur Annorum Renovatione Nostri Mithrae.* Alii aliter: nec defuit vir alias Celebratissimus, qui corrupte pro OVARIO muliebri legendum putavit, ut difficile fuerit in tot lepidos quandoque interpretes satyram non scribere. Movit hoc Virum quandam, in omni laudis genere Excellentissimum, ut tot indies propullulanties Davos criticos, quibus audacia plurimum, sed ne mica literarii salis erat, cum insultis ipsorum interpretationibus, quibus aliis viris clarissimis passim insultabant, egregie depexos in Epistola ad doctiss. Bælium, novellarum Reipublicæ literariae t. t. editorem, dederit, adjuncta hac non minus lepida quam arguta explicatione: *Omnis Vestre Allusiones Ridiculae Nullius Momenti.* Mutavit quoque doctissimus Tollus de Cupidine sententiam, cum aliud agenti commode se obtulisset locus Pausaniae, de Somno Epidote, unde suspicabatur, nec certe sine ratione, Somni potius quam Cupidinis signum esse: de quibus plura, ubi de Somno nobis agendum erit. Hoc unicum occasione Amoris sive Cupidinis adhuc addo, Apulejum recte

recte statuere, *Amorem & Somnum ejusdem generis esse dæmonias.* Hinc passim scriptoribus Somnus Amoris socius ac comes audit, & Nox *Amoris hospitium* Propertio. Sic Nonnus Dionys. libr. 32. v. 97.

καὶ Διὸς ὄματα θέλειν σύμβολος παγκάρων,
Οὐρανοῦ μὲν ἀθρεύτην εἶναι θεσιθελγόμενος.

*Et Jovis oculos mulcet comes somnus amorum,
ut mollis dormiret in floribus oblectatus Jupiter.*

De ipso Cupidine apud Apulejum Metam. libr. 7. *Nox aderat
primisque Veneris praelitis velitatis in altum soporem descendebat.* Præterea Jovianus Pontanus hymno in Noctem hæc tunculenter explanat.

*Osi voluptatis comes & ministra,
Quæ bona ex te fert thalamus thorusque,
Quos sopor fert illecebras jocosque
deliciasque.*

*Quas simul juncti faciunt amantes,
Inter amplexus trepidumque murmur,
Inter & ludos tenerasque rixas,
dum furit ardor.*

*Dum micant linguis animaque florem,
Ore deducunt querulo, parique
Concidunt motu, resoluta postquam
grata libido est.*

Eruditissimus & Reverendissimus Episcopus Plantavit de la Pausse in Florileg. Bibl. ad diſt. Sapient. 4. v. 6, annotat, somnum sive dormitionem pro concubitu sæpe in sacris. Literis sumi, quod voluptas Venerea veluti Somnus citissime transeat, quod que per eam, quasi per Somnum hominis ratio plane con-

sopori

sopori videatur. Et quid Germanicum nostrum, *Beyschlaf* oder *Beyschlaffen* aliud indigit?

Jam manum de tabula retraxeram, cum memori obviant menti, quæ olim apud Prosperum Alpinum, medicum Paravimum perexiūm, qui Medicinam Caii per quadriennium juvenis feliciter fecerat, legeram; quod apud orientales ab assumptione papaveris succo multa se per somnum spectare imaginentur, atque pro certo habeant, omnes opium per os sumentes, in somno varia pulcherrima amoenissimaque viridaria atque *amatas puellas visuros*, *seque cum illis delecaturos*. Et cui ignotus *lethæus Amor*, cuius Ovidius libr. 2. de Remed. Amoris meminit:

*Est illuc lethæus Amor, qui pectora sanat,
Inque suos gelidam lampadas addit aquam.*

FLORA

Succedat Veneri, illecebris venercis celebrata Dea; ejus quippe festa *Floralia* dicta & ludi, ex opibus meretricio quæstu a Flora acquisitis instituti, vulgo credebantur, ut, secundum Patrum Christianorum facundissimum Laetantium, *pudendæ rei quædam dignitas adderetur*. Destruit tamen opinionem illam, ac si e meretricio sodalitio in Dearum assumta fuerit consortium, seculi nostri Varro, Joh. Gerh. Vossius, in exasciatissimo de Theol. gentil. opere. Accensebatur hæc Dea frumentariis frugiferisque, eamque *Floralibus* indistis placabant, ut fruges cum arboribus & vitibus bene florescerent. Hinc Deæ Florae templum & circum & *Floralia* in sexta Vrbis regione h. e. Quirinali collocata esse, testatur P. Victor.

Cereri certe apud Romanos fete semper conjuncta, & ab uno eodemque artifice & Cereris & Flora statua fabrefacta. Sic enim Plinius libr. XXXVI cap. V. Romæ Praxitelis opera sunt FLORA, CERES, Triptolemus, in hortis Serviliis: Boni Eventus & Bone Fortune simulacra in Capitolio. Et quia segetum quoq[ue] Dea Ceres, cornu nuci simul colebantur religione. Sic apud Juvenalem Sat. 6.

& Cereris.


& lapis Romanus apud universæ antiquitatis literariae depositariorum Reinesium visicur:

ROBIGO ET CERERI ET FLORAE
SACRVM

Vid. Vir maximæ eruditioñis, Phil. a Turre, de Diis Aquilejensib.
p. 319.

Non mirum igitur binas has Deas, utrasque segetum custodes, symbolis gaudere iisdem. Sic enim Flora statua exhibetur ab Excell. Patino de Numism. ær. Imper. sinistra *papaveræ* tenens & florum calathum, in dextra *flores*.

Nec paradoxon erit, si statuamus, & Cererem, & Floram unam eademque Deam esse. Sic enim Pausanias, auctor, & Barthii mente, auro omni antiquitatis Græcæ cupidis pretiosior, in Attic. libr. I. p. 51. Edit. Kühn. Εἴ τοι δέ καὶ γῆς κουροτέφου, καὶ Δήμητρος ιερὸν χλόης: ubi Clar. Meursius perperam legi ait, γῆς κουροτέφου πρὸ τῆς κουροτέφου, cum Cereris cognomentum sit κουροτέφη. Sed hæc ex doctissimi Kuhnii judicio sibi non videntur adversari: est enim & Ceres & Tellus κουροτέφη, & γῆς κουροτέφη primus in arce sacra fecisse dicitur Erichthonius. Vid. Svidas in κουροτέφης. Obstare quoque credit Cl. Kuhnius huic correctioni ipsum Pausaniam, τὰς ἐπινοίας αὐτῶν dicentem, non, ut Meursius vult, εἰτῆς. Quæ omnia optime poterunt conciliari,



liari, si perpendamus, quæ alibi jam adducta sunt, per Cere-
ris Græcum nōmen, Δημήτριον, indigitari quasi γῆ μάτης.

Sed ad Cererem Chlœū redéo, quæ eadem a Chloris: nam
in glossis χλωστὸς est viridis, teste eruditionis principe, maximo
Salmasio in Solin. p. 418. edit. ult. Hinc Ovidius:

Chloris eram, quæ Flora vocor.

Et sic Chlœ, Chloris, Flora, Ceres, Synonyma sunt. Apud Sophoclem
legitur εὐχλός Δημήτρος, Oedip. vers. 1671. & Eupolidis eandem in
rem, a priscis Tragici illius interpretibus ibi adducitur versus,
de ariete nempe immolando χλόη Δημήτριον, & additur: ἀττω δὲ τι-
μᾶτε εἰς τὴν τῶν κυπρίων χλόην, ita enim colitur ex hortorum vi-
rente herba, idque erecto ei prope Atenarum arcem templo.
Huc referri debet illud Aristophan. in Lystr. παρὰ τῷ τῆς χλόης
apud Chloes seu herbiferæ vel virentis Cereris fanum. Plura
hac de re qui desiderat, audeat Illustr. Spanheim. Observ. in Cal-
limach. Hymn. de Cerer. p. 723.

BONI EVENTVS

Inter XII. Deos Consentes, Agriculturæ Præsides, a togatorum
doctissimo Varrone relati, simulacrum in Capitolio, dextra pa-
teram, sinistra spicas atque papaver tenens, opus erat Euphra-
noris, celeberrimi Atheniensium pictoris, cuius Plutarchus de Glo-
ria Atheniensium, Quintilianus, Pausanias, Valerius Maximus,
Philostratus, Eustathius aliisque meminerunt; & cum primis
Plinius, qui ejus opera Histor. Natur. I. 34. c. 8. §. 16. p. 124.
recenseret, & cum Praxitele illum ad Olympiad. CIV. refert. Boni
hujus Eventus templum Roma erat prope thermas Agrippæ, re-
gione nona, nunc inter Minervam & S. Eustachium, huncque
Deum imprimis agricolæ venerabantur, ut sata grandire bené-
que evenire fineret. Hinc spicæ atque papaver, indubia ferti-
litatis symbola, illi affixa, ceu omnis fecunditatis promocon-

do. Si quando enim prospere aliquis præter spem nostram & meritum Deus tribuit, aliis adscribit hoc Fortunæ, aliis Eventui, nemo Deo; inquit Salvianus. Vrbis & seculi nostri Parrahnius, Cl. Sandrartius, Iconolog. Deor. p. 170. Bonum Eventum, Tab. XX. Bonæ Fortunæ olim junctum in Capitolio, nitidissime depinxit, cumque omnem antiquitatem redoleat, ari incidentum curavimus. In Gemma Dactylothece Gorleanæ apparet Deus Genius, Tab. XXI. quem Excell. Gronovius hunc Deum Bonum Eventum esse, in exp. Fig. 1. plicatione evincit: licet non torus nudus appareat, uti in Croyanis Numismatibus Tab. XXVIII. n. 16. Apud Chartarium dell' Ima-



gini dei Dei degli Antichi, con Annos. da Lorenzo Pignoria non audus, sed vestitus exhibetur p. 254. Plane ea forma insignibusque, quæ a Plinio memorantur, Bonus Eventus nobis in variis exhibetur nummis. In nummo Galbae cum inscriptione,

Tab. XXI. BONI EVENTVS, in aversa parte nummi; in altera autem Fig. 2. Galbae

Galba quidem estigies, absque Augusti tamén titulo, sed Imperatoris. Et quidem ab iis titulis & dignitatibus, quas Nero geserat, se abstinuit ex odio in Neronem; sic sentiente Cl. Latino, qui nummum hunc in Thesaur. Numism. p. 55. descripsit. Apud Illustr. Valentium in Nummis Græcis, Geta num-

Tab. XXI.

mus se offert ΗΡΑΚΛΕΑΣ ΕΝ ΠΩΝΤΩ, cum figura nuda,

Fig. 3.

sive Bono Eventu, dextra pateram, sinistra spicas & papavera

Fig. 4.

tenente; quod forte intelligitur in nummo Saloniæ, ubi Bo-

aus Eventus cum inscriptione: ΤΟ ΑΓΑΘΟΝ ΕΦΕΙΩΝ, Bonum

Fig. 5.

Ephesiorum, apud eundem Valentium obvius. In alio Severi num-

mo apud Illustr. Oisellum sub eadem inscriptione: Boni Even-

Fig. 6.

tas, sculpta est matrona decore culta, cum patera frugibus ple-

na in dextra, & spicis papavereque in sinistra, sub eadem BO-

NI EVENTVS inscriptione, quam eruditissimus Phil. a Turre

Fig. 7.

de Diis Aquileiensibus BONAM DEAM Paganicam esse credit,

Fig. 8.

cujus mentio in Aquileiensi inscriptione: BONAE PAGANAE,

Fig. 9.

hucque revocandam credit aliam inscriptionem ejusdem loci:

Fig. 10.

AVGVSTAE BONAE DEAE CERERIE SACRVM; quippe

Fig. 11.

ideo CERERIA vocatur Bona Dea, ut pateat, ejus præsidio di-

Fig. 12.

catos agros & fruges: nam Ceres & agrorum & frugum Dea.

Fig. 13.

Spectat buc quoque alijs nummus Pescennii Nigri apud Patinum

Fig. 14.

Thef. Numism. p. 78, sub epigraphe BONI EVENTVS. Deus

Fig. 15.

hic cum insignibus hactenus recensitis appetat in nummo Ve-

Fig. 16.

spasiani, apud saepius laudatum Valent. in Numism. Imper. Roti.

Fig. 17.

præstantior. Aur. & Argent. T. II. p. 93, quasi Vespasianus hoc

Fig. 18.

nomine innuere voluerit, per prosperum Pacis Eventum majo-

Fig. 19.

rem esse ad agriculturam dispositionem. Hinc PAX quoque

Fig. 20.

sub Cereris symbolis depingitur, mulieris nempe, cum duabus

Fig. 21.

spicis, ex ejus gremio surgentibus, & cum corona insuper spi-

Fig. 22.

cea, sicuti in Agrippinæ Claudi conjugis nummo, apud Illustr.

Fig. 23.

Spanheim. Observ. in Hymn. Cerer. Callimach. p. 748. cum in-

Fig. 24.

scriptione EIPHNHL IB PAX, ANNO XII. ac prout in alio Titi

Fig. 25.

nummo eadem spicas, (sine dubio quoque papaver) sinistra caduceum tenet, cum eadem inscriptione: EIPHNH. Reperitur & nummus Agrippinae in Thes. Brandenburg. P. III. p. 95. cuius in parte aversa manus, spicas & papavera tenens, cum inscriptione: ETÖHNIA, Abundantia, & alius Agrippinae nummus, apud Cl. Platinum de Numism. Imper. Aereis, cum inscriptione: ETÖHNIA, in cuius tamen locum substituitur EIPHNH ab Tarraconenium eruditissimo & pientissimo Anton. Augustino, forfassis ob characterum conformitatem aut nummi detractionem. Ad hanc Cereris instar coronatam Pacem respexisse credo Tibullum libr. I. Eleg.

At nobis, PAX alme, veni, spicamque teneto.

Nam secundum Ovidium libr. IV. Fastor.

*Pace Ceres lata est, at vos optate, coloni,
Perpetuum pacem, perpetuumque ducem.*

Sic jure merito Pax ἐνέργειαν vocari potuit, sicut ab Hesiodo Ceres, ἐνέργεια Δημήτρη dicta. Ita & Euripides Bacch. v. 419. Pacem vocat περιστέφων.

Φιλεῖ δὲ οὐδεὶς τείχαν, εἰρήναν περιστέφων Θεῶν.

*Amat vero di vitiarum datricem Pacem, juvenum
altricem Deam.*

Quod epitheton Cereri ab Orpheo in Hymnis tribui, alibi disimus. M. Antonius, ut Pacem vere cum Cæsare initam demonstraret, denarios signari jussit, in quorum una parte caput Antonii, ex altera inscriptio: M. ANTONIVS IIIIVIR R. P. C. i. e. Rei Publicæ Curandæ, (Constituendæ) cum duobus Cornibus copiæ, spicas & papaveribus ornato, intermedio caduceo alato supra globum tanquam pacis symbolo, sed illo globo imposito, ut se totum terrarum orbem cum Cæsare divisisse significaret, & sic per Pacem inter eos sanctam, omne genus abundantiaæ, in utraque orbis parte futurum, cum nec somnos abrumptar cura salubres.



salubres. De quo vid. Cl. Valent. de Numm. Familiar. in Fam. Acton. N. XXXII. p. 97. & Cl. Carol. Patin. in Famil. Rom. Fulv. Vrsin. p. 28. Et quia PACIS tempore Cerialium fructuum copia, hinc quoque factum, ut in antiquo annulo apud Gorlæum P. I. n. 94. mater PACIS CONCORDIA effingatur inser. *Tab. XXI.*
Fig. 9. tis sibi dextris, quæ inter duas spicas medium continerent *Papaver*; & in Gemma ejusdem Gorlæi Daetyleoth. P. II. n. 112. Eadem exhibet Vespasiani nummus, apud *Æn.* Vicum nel *Imagin.* & *Vit.* de gli Imperat. ubi mulier throno insidens, dextra spicas & papaver, sinistra cornucopiae terret, cum inscriptione: *CONCORDIA AVG.* Hæc de Concordia allata egregie illustrat locus Callimachi Hymno de Cerer. v. 13^o, ubi Cererem invocat, ut τὰς δέ σαν πόλιν εὐθύνειν. *Vrbem in Concordia servet;* ad quæ verba Illustriss. Spanheimius commentatur: *Sacra* *nem-pe Cereri apud Romanos eorum bona, qui Tribunos Plebis, pu-blicæ quasi libertatis & Concordiae assertores, violaverant aut vero cohibusserint, ne iidem legem ferrent ad populum.* Adde nihil magis ad stabilem urbis seu populi cum rectoribus Concordiam conferre, quam ubi Cerealia dona, (quæ spicæ papaveribus junctæ exhibent) ac alimenta affatim suppetunt. Hinc Ceres passim ἡτερα vocatur in nummis & inscriptionibus. Sic in nummo veteris Apameæ Gazæ Mediceæ vocatur ἡτερα, apud Harduin. de Numm. Colon. p. 61. in Statere Cyzicenorum in Thes. Brandenb. T. I. p. 490. in nummo Faustinæ apud Nobil. Buonaroram, nuper in Florentinæ Vrbis Senatores a Magno Hetruriæ Duce adscitum, teste Illustr. Spanheimio; Ceres Conser-vatrix in Inscript. Reines. p. 90. de quibus plura in diff. nostr. de *Diis Soteribus & Soteriis.*

Cumque PAX & CONCORDIA veram progignat SECVRITATEM Excell. Borrichius de Somno & Somniferis, maxime papaveraceis, §. 13. refert, elegantissimam in Palatio Farnesiorum Romæ esse statuam SECVRITATIS, in sinistra manu duo pap-

verum capita ferentis, causamque subjungit similitudinis inter eos intercedentis, qui papavero sifpi sunt succo, atque eos, qui per felicitatem temporum ita ab omni malo secure agent, ut quod in proverbio dicitur, queant in etramque aetrem sine ulla dormire sollicitudine.

Tab. XXI. Conciliatrix quoque PACIS VICTORIA, papaver, spicam & gubernaculum praesertim, apud coties citatum Gorlaeum P. I.

Fig. 11. n. 7. Eodem modo FIDES PVBLICA comparet in numero Vespaſiani apud Aen. Vicom, dextris sibi mutuo insertis, spicas & papaver tenentibus, caduceo Mercurii e medio sur-

Tab. XXII. gente, cum inscriptione: FIDES PVBLICA. In Domitiani

Fig. 1. nummo apud eundem Vicum ex SCto Fides publica exhibetur, sub imagine canistrum frugibus repletum dextra, sinistra spicas & papaver porrigentis.


PUBLICÆ FIDEI jungimus

SPEM,

Tab. XXIII. sub spicarum & papaveris schemate quoque exhibet. Sic Romæ ad Bellajanos Hortos est tabula cum SPE, muliere stola, dextra tangente caput columnæ, sinistra ostentante spicas quinque & papaveris bina capitæ. Ad caput hinc sculptæ sarcinae colligatae, ad pedes inde Alvearium, de cuius fastigio prominent spicas IV, rosæ duæ, caput papaveris unum: in basi legitur:

M. AVR. PACORVS AED
TVVS SANCTAE VENE
RIS. IN SALVST. HORTIS
SPEI
ARAM CVM PAEMENTO
SONNIO MONITVS SVM
TV SVO D. D.

Insculpsit





Intulit tabulam hanc e Boissardo Excell. Grævius Novo ab illo edit. Gruter. Inscript. opere, p. 102. Plurima ad hanc Speci tabulam monenda essent, quæ cum jam aliis sicut inserta locis, fastidiosa repetitione molesti esse nolumus. Nummus quoque SPEI PVBLICÆ papaver adjudicat e Thesaur. Gallor. regio, quem aureo in Callimach. Comment. inseruit ἐπάνω Il- lustriss. Spanheimius p. 693. Sub M. Aurelio cufus est, mole & ele- gantia conspicuus, in quo modius eum spicis & papavere, soli- tis ubertatis signis, & inscriptione: SPES PVBLICA. Occurrit & in pluribus aliis nummis modius, spicis papavereque superbiens, ceu uberrimis testibus liberalitatis & curæ Imperatorum in Annonæ promotione; hinc audiebant τὴν κατὰ τὴν ἀγορὰν ἐν- τείχιον λαμπεῖν, Fori & Annone prosperitate splendidi, secundum Demosthenem. Sic Nervæ nummus apud Cl. Platinum Thef. Numism. cum Imperatoris imagine & inscriptione: IMP. NER- VA CAES. AVGST. P. M. T. P. COS. II. P. P. in Tab. XXII. Fig. 3. aversa numini parte modius papavere & frugibus oppletus, cum inscriptione: PLEBEI VRBANAE FRVMENTO CONSTITVTO. Item nummus Commodo apud Cl. Va- lent. cum inscriptione: P. M. TR. P. VIII. IMP. VI. COS. III. P. R. Vbi tempus, quo famæ ingens Romæ fuit, indicat Trib. Potest. VIII. in nummo consignata, nempe An. V. C. 936. 937. quando a Commodo sublata est Annona & procurata, per modium spicis & papaveribus plenum designata. Vid. Numm. Aur. & Argent. Imp. p. 197. De nummo Domitiae Augustæ sub Cereris imagine suo loco egimus.


Plures quoque annuli & gemmæ ubertatem & fertilitatem designantes, papaver aliis connexum exhibent. Sic annulus ex auro apud Gorlaum n. 71. in quo Concilium Corvo- rum insistentium partim cornibus copiæ, partim altari, inter illas se exserunt papaverum capita inter spicas. Rationem das Illustriss. Cuperus in Harpocrate p. 71. Quia sol omnis fœ- cunditatis

cunditatis parens habebatur: Apollinis vero sive Solis comes hæc avis, ut in nummo Faustinæ, in gemma apud Gorlæum n. 3. Consulat porro, si quis corvum Apollini factum plenis veterum suffragiis testatum cupiat, jam citatum Ill. Cuperum, summis (e Spanheimiano elogio) in patria honoribus clarum, commendatissimi autem inter harum elegantiarum cultorem ac interpretem nominis & famæ; & de Romanis ac Græcis Antiquitatibus optime meritum Phil. a Turre de Mithr. cap. 4. p. 19. ubi de Sacris Coracicis sive Hierocoracicis & Hierocorace Dei Solis invicti Mithræ haud proletaria, more ipsi solito, profert.

Adjungimus Gorlæano Annulo cum corvis & papaveribus gemmam N. 55. ubi auspicia omnigenæ Fertilitatis & Verbi tatis declarantur per duos corvos, insistentes tot cornibus copiæ, quorum in medio dues spicæ, duoque papavera prodeunt e vase, quo in vetustis his monumentis solent designari locus & receptacula aquarum, ceu in hanc gemmam commentatur Excell. Gronovius. Apud eruditissimum Begerum luculenta



Thesauri Brandenburgici editione nobilitatum, in Spicileg. Antiquitat. pag. 53. Gemma obvia, in quo Gallus, poculo inter duo cornua copiæ duosque Delphinos, spicam inter & caput papaveris insistens rostro muris, frugibus infesti, caudam invadit, pernitosum animal a præda retracturus, ne ubertati & abundantia obsit, quæ per opes terra marique accumulatas, vigilanciaque acquisitas, hic denotantur. Huc quoque num-





mus Hadriani cum Iside ad hanc materiam ulterius illustran-
dam referri posset: sed actum agere nolumus.

Ex hac fructuum ubertate fluunt quoque nummi cum in- *Tab. XXXI.*
scriptione: FELICITATIS SECVL VI vel TEMPORVM, *Fig. 6.*
qualis rarissimus Sept. Severi apud Cl. Morellum Specim. Rei
Nummar. antiqu. ubi caput Severi laureatum, cum epigraphe:
SEVERVS PIVS AVGUST. in aversa parte mulier stans
frugēs repandit, lēva Cornucopia gestat, cum duobus papa-
veris capitibus & spica: in imo quinque cernuntur figuræ, eas
excepturæ, cum inscriptione: SAECVL FELICITAS COS.
II. P. P. Est & alius præclarus in Gazis Gallorum regiis num-
mus, isque sub Commodo percussus, in quo non jacens qui- *Tab. XXXII.*
dem, ut in aliis similibus nummis, sed sedens Ceres ante ar- *Fig. 7.*
bores visitatur, dextra pomum ex ea velut decerpens, sinistra pa-
paver in medio duarum spicarum tenens, infra autem tres
pueruli, quibus natos ex ea liberos designari credit, cum cani-
stro & inscriptione: TEMPORVM FELICITAS. Vid. Il-
lustriss. Spanheimius Not. in Callimach. p. 724. quem antea
quoque, sed in pluribus mutatum, produxerat ad Juliani Cas-
res p. 871.

Dracones & Serpentes apud Phœnices & Ægyptios

ΑΓΑΘΟΙ ΔΑΙΜΟ- ΝΕΣ

sive boni & propiti genii vocati cultique sunt, teste Philone
Biblio apud Euseb. Præpar. Evangel. L. V. p. 41. Dn. Baudelot
d' Airval operose nititur pro stabilienda sua de Laribus senten-
zia, ut hos Agathodæmones suis assereret Laribus, in Libr. Gal-

lice inscripto; de l' Utile de Voyage. Illustr. vero Macarius & do-
ctiss. Chisletius inter Abraxas recensent: quas lites non facimus
nostras; neque enim id jam agimus. Extra omnem tamen con-
troversiam est, epitheton τῆς ἀγαθῆς & Boni vel Bonæ, Diis gen-
tilium in nummis marmoribus saepius attribui. Sic ΘΕΟC
ἌΓΑΘΟC præmissus visitur in Tabulis prisci Fœderis inter Hie-
rapytnenses & Priansios, Cretensium populos, in Marmoribus
Oxonienf. P. I. p. 171. Sic Venus ΠΑΝΑΓΑΘΟC in Inscriptio-
num Gruter. oper. In modo citatis Marmor. Oxonienf. P. I. p. 91.
BONAE DEAE VENERI CNIDIAE. Ομούηνος cognomi-
men apud Maronem Ἀn. I. 1. v. 734. **BONA JVNO** h. e. se-
cundum Servii explicationem, *propitia*; & **BONA DEA** Roma-
norum, de qua supra, ubi de Bono Eventu, ἀγαθῷ ερεσί &
Bona Spe egimus. Scilicet Dii omnes **BONI**, secundum Pla-
tonem Libr. II. de Republ. p. 380: ὅτι θεοὶ ἀγαθοὶ h. e. ex Pro-
clii mente ad eum locum pag. 356: ὅτις ἀγαθός, καθὸ καὶ ἐσ-
θεῖς, *revera bonus, quatenus etiam est Deus*: & quidem αὐτα-
γαθος, per se bonus. Vnde etiam θεοὶ ἀγαθῶν εἰσὶ χαρηγοὶ, *Dii*
bonorum omnium datores, ab eodem Proculo dicuntur in Ti-
mætum p. 335. Et apud Jamblich, de Myster. sect. I. c. XVIII.
ubi refellit Porphyrii opinionem, qui Deos alios ἀγαθοτοὺς, be-
neficos, alios vero κακοποῖους, maleficos, statuebat, hæc legun-
tur verba: Αγαθοὶ τε γὰρ εἰσὶ ἄπαντες καὶ ἀγαθῶν αἵτιοι ἄπαντως,
sunt enim omnes boni, ἐξ bonorum etiam autores. Vid. Illus-
triss. Spanheimius πάντα τὰς χαρηγὰς ὁφελεῖας, Observat. ad Ju-
lian. Imperat. Orat. I. p. 294. Sed ad rem. Visui se offert in
Regis Christianissimi gaza vetus Ægyptiæ fabricæ numisma, in
quo illinc Neronis effigies, hinc draco inter Pacis & Vber-
tatis indices, *papaver* spicasque frumentarias, cernitur, adscri-
pto in Neronem adulatioñis plenissimo elogio: **NEOC ΑΓΑΘΟC**
ΔΙΑΙΜΩΝ, No *vus bonus Genius*. Hujus nummi primus men-
tionem injectit Illustriss. Spanheimia, de Us. & præstant. Numism.
differs.



dissert. III. p. 188. postea P. Segvinus D. Germani Altissiodorensis Decanus, Gallorum consensu princeps in hoc elegantia genere, ad Summum Praefectum Aerarii Gallici Colbertum, ob gentilitium Draconis sive Anguis insigne, epistola eo nomine ad illum edita, ejusdemque Selectis Numismatibus inserta p. 299. edit. ultim. ingeniose retulit. Subit hic iterum mentem Bauzelii memoria, qui l. c. illud, quod draco in nummo Neroniano in capite gestat, Lampadem interpretatur, festumque illud Aegyptium, cui nomen Accensionis Lucernarum, in Isid. tutelaris Aegypti numinis & caelestis signi, sub quo Nili inundatio contigit, institutum, ac cymbium aureum, illud Apulejanum libr. IX. (in cuius medio flammulam suscitari largior,) indigitari credit. Crucem præterea Criticis figit, quid litera L. hoc in Neroniano Agathodæmonis nummo denotet. Num e Scaligeriana hypothesi *Lustrum?* an ex opinione Dn. du Cange duntaxat nota, & velut *diple* quædam, nummis Græcis appendi solita, non autem litera sit? an inter beatrices illas literas, vesti Diana affixas, recensenda? an vero per L. *Aureo/Bayt G.* sive *Annum*, quo nummus cusus, notetur, eruditissimo conatu perscrutatus est: Cl. Nicaisius de Nummo Pantheo p. 66. seqq. ubi false nimium exagit Medicum alioquin eruditissimum & celeberrimum Philosophum, Fort. Licetum, qui L. IA. in nummo Agathodæmonis obvium, LVCERNAM INVENIT DELTA, interpretatus est; quo vix absurdius unquam quid excogitari posse credidit. De hac litera L. in nummis Græcis exhibita, politum opus & singulariter parat, vir summae eruditiois Dn. Toinardus Aurelianensis, e Nicaisii testimoniio; hanc insuper materiam exactissime, uti solet, tractavit Eminentissimus S. Rom. Eccles. Cardinalis, Purpuratorum Patrum doctissimus, de Epoch. Syro-Maced. Dissert. IV. p. 364. seqq. Ad Agathodæmonem quoque collineare viderur nummus Aegyptius Faustinae Senioris apud Joh. Tristanum Sanctamantium, comment. Histor. T.I. p. 612. &

Illustriss. Spanheimium de Vl. & Præst. Numism. Edit. noviss. p. 223. in quo ex majorum Aspidum genere se conspiciendam præbet *papavere* notata & spica; ubi probe notandum, hoc serpentis genus a Lucano vocari *somniferum*, quod epitheton *papaveri* alias tribuitur:

Pleraque somniferis serpens peregrina venenis.

Et alibi:

Aspida somniferam tumidam cervice levavit.

Sed hæc de Agathodæmone, papavere exornato, sufficiant.

ABRAXAS

jam succedat. Dicitur hoc Numen Basilidianum, secundum exquisitissimæ eruditionis fontem inexhaustum, Salmarium de Ann. Climacteric. p. 571. *Abraxas* apud Ægyptios, apud Græcos autem *Abraxas*. Nominis derivationem nosse si cupis, vocem hibridam esse, e Græco & Hebraico confusatam, credit Canonicus quondam Tornacensis, eruditissimus Wendelinus, & sensum elicit pium quidem, (e Chisletii effato in Proteo Abraxa p. 39.) sed nimis pium, nimis Christianum, altiorisque sapientia, quam ut in malevolas illas Gnosticorum animas introiret; sic enim explicat:

A. Aβ.	Α	Pater	1.
B. Βέν.	Β	Filius	2.
R. Ρουάχ	ΡΩ	Spiritus	100.
A. Αγαθός	Ἁγκάθος	Sanctus	1.
S. Σωτηρία	Σωτηρία	Salvatio	200.
A. Από		a Beneficio	1.
X. Εὐλε	Εὐλε	Ligni	60.

Summa numerorum 365.

Acute

Acute hæc quidem excogitata & ingenioso sensu; cui interpretationi bene multæ (uti eruditorum aquila, Scaliger, in Epistolis Gallicis, ad calcem opusculorum additis, jam mentem aperuit, a magno Salmasio ideo perstrictus) similes reperi possent. Dissentiunt autem ab hac Wendeliniana Abraxæ interpretatione mirifice Patres, quos inter doctissimus Hieronymus in 1. cap. Abdiæ: *Nonne contra Deum cogitatio est Basilidis impudica, & portentosum Abraxas nomen, quod præfertur Domino Conditori?* Imo negabat Basiliades, Christum passum, aut crucifixum, & prohibebat, homines pati martyrium pro nomine ejus, qui neo passus esset nec crucifixus; teste Tertulliano de Praescribitibus c. 46. Numerum quidem 365. contineri nomine *Abraxas*, Divus Hippomensium Praeful Augustinus testis est: *Basiliades*, inquit, *trecentos sexaginta quinque cœlos esse dicebat, quo numero dierum annus includitur.* Vnde etiam quasi sanctum nomen commendabat, quod est *Abraxas*, cuius nominis literæ secundum Græcam suppurationem eundem numerum compleunt. Sunt enim septem & β, & ε & η, & ξ & α & τ. id est, *unum & duo & centum & unum, & sexaginta & unum & ducentia*, quæ sunt in summa trecenta sexaginta quinque. Huc respexit Tertullianus advers. Marcionem libr. I. c. 7.

*Tantos esse Deos Basiliades credere jussit,
Quantos & dies annus habet, tot denique mundos.*

Reverendiss. Canonicus Arienensis, Macarius, in Abraxa sive Apistopisto, quod nullus ante illum vidit, nomine Mithrae suppurationem eandem includi declarat & probat. Sed quod hic obiter notandum, Macarius necesse habuit tribuere & numerum g. & H numerum 7. contra rectam numerandi rationem, quod felicius extulit R. P. Kircherus P. II. T. II. Oedip. Ægypt. Clast. II. c. 6. Vid. Cl. Chisletius in Gemm. Abrax. Comment. Cap. I. p. 65. seqq.

Inter Gemmas has Abraxas & quidem Tab. XIV. Gemm. 56. exhibet Cl. Chifletius ectypon Laur. Pignorii, in quo comparet Hecate illa triformis tædifica, quæ secundum Prudentiu-

putatur

Aqmina vipereo superis inducere flagro.

Altera pars gemmæ Basiliidianæ exhibet imagunculam Abraxæ, qua *Harpocrates*, seu potius *Pantheon* repræsentatur. Loco insidet Harpocrates, dextram ori admovens, sinistra vipseum Hecates tenet flagrum, ad radices loti *Papaveris caput*, cum arboris forte lauri ramo; arbori circumvolutus anguis. At enim vel me fallunt omnia, vel est hæc Panthei imago. Sub Harpocrate Solis orientis effigies latet, quippe Plutarchus in Pythio oraculo vidit, Ægyptios principium ortus Solis exprimere picto puerulo, qui Loco insideret. Id quod Stella capitæ immensis, & Phosphorum repræsentans, maxime videatur innuere. Ut silentio transcam, Harpocratem plurima cum Phosphoro habuisse communia, & sic potuisse vocari Phosphorum: de quibus doctissima quæque concessit Illustr. Cuperus in Harpocr. p. 125. His inductus rationibus Dn. Baudelot d' Airval, inscriptionem illam

BONO DEO PVERO
PHOSPHORO

maxime in Harpocratem quadrare, Tr. de l' Utilité des Voyages p. m. 220. probat. Flagellum Hecatis Vipereum indicat forte, per Hecaten Phosphorum denotari, quod e Theocriti discimus Scholia: Ἐκάτη παλεῖται δαδέχος καὶ Φωσφόρος. *Hecate* dicitur tædifica & lucifera. Sic quoque de reliquis Panthei signis prouantiandum. Angues Aesculapium, Cererem *papa-ver*, lauri ramus Apollinem denotat. Verum hæc omnia epigraphe refellit, & Abraxam esse indicat: est vero illa ΙΑΩ ΚΑΒΑΩ sive ΙΑΩ ΣΑΒΑΩ. Quod voculam JAO concernit,

est

est illa, secundum Cl. Macarium, velut tessera Sectæ Basiliidianæ, & Abraxei delirii argumentum. Clarius Apollo, consultus, quis Deorum habendus eset, qui vocatur *iāo*; ita effatus est apud Macrob. L. I. Saturn. cap. 18.

Φραγμός τὸν πάντων ὑπατού θεόν ἔμψεν ιάω,
Χείματι μὲν τὸ Αἰδην, Δίᾳ δὲ εἴρως ἀρχομένετο,
Νέλιον δὲ Θέρευς, μετοπώσου δὲ αἰθρὸν ιάω.

Dic omnium supremum Deum esse Jao.

*Hieme quidem Plutonem, at Jovem vere incipiente,
Et solem aestate, autumno autem festivum Jao.*

Ex mente doctissimi Chifletii Jao nihil aliud est, quam Tetragrammaton ιάω, unde etiam Iō & Jōvis in casu recto, addita nimis terminacione Latina. Eusebio Libr. 10. de Praepar. Evang. c. 29. ιάω est *Salus*, hoc est, Dei salutare. En destandam Basiliidis malitiam, vertim Istrælis Deum, naturæ Autorem, ad naturam Dei opificium deflectentis. Sic & eadem nequitia & damnatio his hæreticis σαβαὼν a nomine divino *Sabaoth* detortum. Videtur autem hæc gemina Amuleti loco gestata. Ad incantationes enim hoc sanctissimo abutebantur nomine, id quod ex Geoponicorum Scriptoribus, Constantino praesertim, elucet, afferente, duabus hisce vocibus, ιάω σαβαὼν, quosdam ad pisces capieandos uti. Sed hæc de Abraxa fuisus adduximus, ut artis nostræ membris constaret, quid de his Amuletis, toties ægris commendari solitis, sit sentiendum, & e quo fonte luteento, hæc salutares profluant gemmae.

Aliud signum Pantheon nobis exhibet in Sarda gemma Tab. Argus ille antiquitatis, Jac. Sponius, in Miscell. erud. Antiq. Artic. 5. XXIV. §. 2. p. 20. Fulmen enim Jovem, caduceus Mercurium, pa. Fig. 4. *papaver* adjunctum Proserpinam, (vel e mente Dn. Baudelotii l. c. p. 240. Lares, quibus capita allii *papaverisque* dicata,) spissæ frumenti Cererem, lustrum Idem, temo Fortunam, rota Neme-

Nemesin, caput armatum casside Palladem & Martem, alæ Victoriae, & cornucopiae Abundantiam significant.

Tab.
XXIV.
Fig. 5.

HARPOCRATIS facta mentione, silentio prætereundum non est, miram ejus imaginam ab Illustriss. Cupero, qui maxima solertia, & exquisitissima judicio, qua pollet, acutie, quæ de Harpocrate dici possunt, in elegantissimo congesit opere, eidem ingestam. Mutuatus est illam e Goropii Becani, magni illius Linguae Germanicae Vindicis, Hieroglyph. Libr. IV. p. 48. a Pighio, curioso Romæ Veteris exploratore, huic suppeditatam, quam a Pyrrho Ligerio Neapolitano obtinuerat. Dum Pyrrhi hujus Ligorii reminiscor, obviant menti *ἀνέδοτα* ejus adhuc opera, qua ceu absconditum thesaurum, XXVI. voluminibus constantem in Bibliotheca Taurinensi latere, ab Illustri Abbatte Gualtherio ipsi monstratum, testis est *ἄρτιτης* Rev. P. Don Mabillon in Itiner. Ital. p. 8. Mira hæc sunt; sed majora adhuc de Ligorio promit Illustriss. Spanheim. de Vs. & præst. Numism. antiq. Diff. IV. p. 191. seq. Edit. Noviss. cui non inspicere tantum hæc volumina, sed versari aliquoties, fors dedit. *Herculei viri hujus*, inquit, *lucubrationes antiquariorum etiamnum superstites*, in XL. & plura volumina digestæ, integræ adhuc in Taurinensi Bibliotheca & Romæ, magna sui parte, in suppellectile libraria quandam Christianæ Augustæ, Farnesiana & Barberina instar præstantissimi cuiusdam thesauri, adseruantur. Quæ continentur his voluminibus, postea recenset judiciumque suum annexit limatissimum, cui tuto fidere possis. Spanheimiano Dn. Montfaconii subnectimus e Diar. Italic. sive Monum. Vett. Bibliothec. & Museorum notit. singul. c. 20. p. 279: *Pyrrhus Ligorius omnem pæne statem investigandis describendisque Urbis monumentis contrivit. Is longe ceteris præstisset, si tanto labore studioque parem eruditioinem natus esset. Verum deficiente literarum notitia, in multis lapsus est. Hujus Scriptorum pars in lucem edita, pars inedita sunt. Hæc Occa-*


occasione imagunculae Ligonianæ diximus, nunc proprius eam inspecturi. Hæc sedens pulsionem repræsentat, Harpocratis more dextræ indicem digitum ori admovens; fronti imponitur corniculata Luna, in capite corona Iidis, cincinnata comæ inflexi serpentes, a dextra pharetra pendet, arcus retentus pedibus adiacet, sinistra tenet accensam rādam, & aliquot *capita papaveris* amplectiturque gallum gallinaceum. Pone illam noctua, cujus capiti ornamentum Iiacum, quod & imaguncula gerit, impositum. Hæret calamus & aqua in explicando ænigmatio hoc Pantheo. Illustriss. Cuperus in Harpocrate suo, ex omni antiquitate eruderto, ad Solem referri posse plurima in hoc Pantheo, quæ inter papaver quoque, credit; hæc enim ejus verba p. 155: *Ego putabam nonnunquam faciem accensam, serpentem, pharetram, arcum; gallum gallinaceum, papaveris, quod τοῦ οὐρανοῦ σύμβολον, capita ad Solem referri posse, & insigne capitum noctua quoque impositum, Ἀgyptiorum figura sapere.* Tandem autem Vir Excellentissimus non repugnare velle afferit, si quis sententiam Joh. Orrivinii amplecti velit, statuentis hanc Ligorii imagunculam Lunam videri, eo quod hæc, quæ in imaguncula adeste conspicuntur, fax, noctua, gallus gallinaceus, *papaver*, indicia noctis. Si tot inter eruditos instrepere anser olores licet, statuerem, omnia hæc ad Harpocratem referri posse, si Phosphori nomine, quod jam probavimus, denotetur & intelligatur. Plinium ad partes meas voco, cuius locus diversis opinionibus conciliandis aptissime inserviet; *Præveniens* (solem sydus) & ante matutinum exoriens Luciferi nomen accipit, ut Sol alter diem maturans, contra ab occasu refulgens nuncupatur *Vesper*, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens. Hac ratione Harpocrates & Phosphorus erit & *Vesper*, Soli inserviens & Lunæ; quid igitur mirum, amborum ipsi signa affixa? Sic serpens vel viperæ, pharetra, arcus retentus, gallus gallinaceus, papaverisque capita τοῦ οὐρανοῦ symbolum,

ad Solem & Apollinem five diem ; noctua vero , fax accensa , luna corniculata , Ifidisque cymbium , ad Lunam , vel noctem , vel Dianam , vel Hecaten , (eadem enim omnia haec designant numina) referri possunt .


Sed , inquies , quid

SOLI vel APOLLINI

(idem nempe Apollo cum Sole physiologice ratione potestatis ac significationis diversus , fabulose & ut Deus animalis , inquit eruditissimus a Turre Dissert. de Mithra cap. 2. p. 178.) cum pa-
pa vere ? Utique . De Apolline nummus , vulgo dictus contur-
natus , Trajani apud Patinum in Thesaur. Mauroceni p. 53. fidem
facit . Apollo hoc in nummo dextra laurum tenuit , junctis , si



visus non fallit , papa veribus ; sinistra citiaræ imposta supra tri-
pus stanti , cui serpens est intorus , absque ulla tamen inscriptio-
ne . Nullo hic Oedipo opus : Laurus enim μαντικὸν φυτὸν a Græ-





etis dicitur, a Claudio vero *venturi praesia laurus*. Fulgentius facem adhuc sententia meæ illustrandæ accendit, statuens, lauri folia, si noctu pulvino subjecta fuerint, verizatem somniorum conciliare. Promittunt id Antiphon & Philochorus, qui de somniorum interpretatione scriperunt, quibus Artemon & Seraphion Ascalonites adstipulantur. Vid. Macrobius, Saturn. L. VI. c. 4. Cl. Alciatus in Emblematibus: *huc spectat Embl. 2ii.*

*Præsia venturi laurus fert signa salutis,
subdita pulvillo somnia vera facit.*

& Fred. Morellus in Corollar. Alciat. Emblem. subnexis p. m.
905. Grace hoc exhibet:

Μάρτις ἔχει ἀγαθὴ τωτίου σύμβολα οὐφνη
Κρατήγυ προσγεωδεῖς ἀτρεπεῖς εἶλεν ἐναν.

Hinc δυσφορόγονο Vates dicti, *laurum mordentes*, ad procuranda vaticinia. Scribit enim Hesiodeas Theogoniae Scholiastes, laurus ἐνέργειν πρὸς τὰς ἐνθεωσιμοὺς i. e. efficacis esse auxilii, in numinum afflatu. Patet hinc cur lauro *papaver* junctum sit; hoc enim somnum producit, laurus somnia vera, quorum interpres Apollo Pythius, omnis vaticinii Praeses.

Sic et seq. domini potestam ministrantibus id est

MITHRAE


quoque, (quam nil nisi solem esse, vel potestatem aliquam ad Solem referendam, invictis plane argumentis demonstrat crudelissimus Phil. a Turre in Monument. Vet. Antii inserta de Mithr. Dissert.) papavera cum spicis data exhibitaque fuisse, ex Inscriptionum Gruter. opere novo discimus, quam B. L. oculis Tab. XXV. exhibemus, cui quoque e curioso R. P. Don Bernardi de Montfaucon Diar. Italic. sive Monument. Vett. Bibliothec. & Mus. notit. duo Idola Mithram repræsentantia adjunximus. In vinea Fig. 2. & 3.

,, D. Horatii Muti e regione S. Vitalis deprehensum fuit idolum
 „ (verba sunt Cl. Montfaucon) ex albo marmore, statura palma-
 „ rum quinque, basi insistens, in camera quadam sive conclavi
 „ fornice instructo positum. Aderant circum multæ lucernulæ
 „ figlinae, quarum pars tenuior, ubi ellychnium inseritur, ver-
 „ sus idolum spectabat. Eratque simulacrum leonino capite,
 „ humano corpore. Pedibus insistebat globo, e quo serpens
 „ oriebatur, qui totum corpus circumvolvens, caput in os ejus
 „ immittiebat. Idolum porro manus pectori admotas, & utra-
 „ que clava tenebat. Alæ IV. inerant, humeris harentes, quarum
 „ binæ versus cælum, binæ versus terram spectabant. Post
 „ effossum Idolum hujusmodi, eodem loco aliud deprehensum
 „ est, sed in Anaglypho sculptum leonino capite, corpore humano,
 „ a zona ad pedes indutum subtilissimo velo expansisque brachiis,
 „ utraque manu faculam gestabat. Alæ item duæ versus cæ-
 „ lum: duæ versus terram protendebantur, inter quas serpens
 „ oriebatur. A latere dextro ara succenso igne, ex ore Idoli fa-
 „ scia emissâ, supra ignem aræ volitabat. Hæc simulacula esse
 „ Mithræ ne minima, ut quidem autumo, ambigendi causa,
 „ omnia quippe symbola in hoc quadrant. Hæc Montfaucon
 Confer doctiss. Bulengerum Eclog. in Arnob. pag. 285. & pag.
 337. seqq.

LARVNDAM vel MANIAM

Producimus, Larum matrem, quam perperam viri docti
 cum genita manâ confundunt, cuius mentio apud Plutarch. in
 Quæst. Roman. qua generationis Dea erat, non mortuorum
 aut Lemurum; annotante Criticorum principe, Salmasio in So-
 lin.

lin. p. 297. F. Huic Maniæ cum ludi in compitis agitarentur, a Tarquinio Superbo restituti ex responso Apollinis: quo præceptum est, ut pro capitibus, capitibus supplicaretur, idque aliquandiu observatum, ut pro familiarum hospitate pueri maestarentur Maniæ Deæ, matri Larum: hoc sacrificii genus Junius Brutus consul, Tarquinio pulso, aliter constitutus celebrandum: nam capitibus alli & papaveris supplicari jussit, ut responso Apollinis satisficeret de nomine capitum, remoto scilicet scelere infastæ sacrificeationis, factumque est, ut effigies Maniæ suspensæ pro singulorum foribus periculum, si quod imminaret familiis, expirarent: ludosque ipsos ex viis compitorum, in quibus agitabantur, Compitalia appellavitaverunt. Hæc ex Macrobius Saturn. libr. I. cap. 7. mutuata sunt; vid. insuper Cl. Geusium in erudito de Victimis Humanis Tract. Part. I. c. 3. p. 12. seqq. Si conjecturae locus, crederem Gemmam Leon. Augustini, Italice *Maschera simbolica* dictam, quam sub larva vel persona symbolica somnum depingente, Illustr. Gronovius exhibit n. 103. Maniam Deam esse. Ansam conjecturæ dedit L. Anneus Corinthus, vetus Persii interpres, quem e Roussati Bibliotheca Cl. Elias Vinetus edidit. Sic autem ille ad Satyram VI: *Mannii dicuntur indecori vultus personæ, quibus pueri terrentur.* Veteres Glossæ ab Illustr. Cesaubono cum Persio editæ, (quarum Eclogarium Cl. Colomesius Gall. oriental. pag. 115. Magnum Jos. Scaligerum esse perhibet,) non *Mannii*, sed *Mania* legit. Velamentum capitis personæ hujus mithram vel pileum exhibet, cuius summiciati papaveris capita, symbola sacrorum Deæ Maniæ, imposita sunt. Facies & oculi semiclausi non Latis familiares, sed Larvæ Lemurumque exhibent imaginem. Duo enim, secundum Illustr. Salmasium in Solin. I. c. Larium faciebant genera, quorum alii Larës familiares, alii Larvæ dicebantur: boni illi genii, isti mali & noxi. Sie quoque Festus ait: *Manias appellabant Larvas i. e. Manes, quos Deos esse putabant, ab inferis*



inferis ad superos emanantes, quorum mater erat Mania sive Avia. Neque data occasione prætereundum, hoc Mania nomine Eumenidas sive Furias indigitari, sive Erinnyes, teste Pausania in Arcad. sive libr. VIII. cap. 25. p. 650. edit. Kuhn. Jam vero Ceres quoque Erinnys cognominata a Callimacho in Fragm. N. CVII. την μὲν ὥγ' ἐσπέμνυεν ἐγένεται τελφεσσαῖη. Quam ille procreavit ex Erinnye Telphesea, ubi Cl. Scaliger in Conjectaneis optime

optime judicat, per Erinnyn Telphusæam Cererem intelligi, per ἐσπέμνυεν autem Excell. Bentlejus Neptunum designari credit, qui in equum mutatus Cererem compressit; unde quod illa iracunde tulerit, Erinnys dicta a verbo ἐγένεται, quod furere Arcadibus est; quæ fusius deducit Pausanias in Arcad. l. c. qui loco τελφεσσαῖοι substituit Θελπουσαῖοι, & pro gentili τελφεσσαῖοι, Θελπεσσαῖοι. Insuper & filiæ, ex hoc concubitu genitæ, Pausanias meminit, τὴν δὲ Δημητέρα τεκεῖν φαντὶ τῆ ποσειδῶν Θυγατέρα, ἢ τὸ ὄντα εἰς ἀτέλεούς λέγειν & νομίζουσι. Cererem quidem ipsam Neptuno filiam peperisse tradunt, cuius nomen, ne ad prophanos ederetur, religione sanxerunt. Pausan. l. c. Ab hac Cerere Erinnye Cereritti dicti furore correpti.

Sed ad Gemmam Augustinianam, à qua nos Ceres deduxit Erinnys, redeundum, quam ex cygnis duobus ad mortem referri posse credit in enarratione celeberrimus Author, quoniam cum in reliquis omnibus somnus morti sit similis, hic ales præfagiens bonum, quod ex morte capitur, tunc cantat favissime; præterea urnam in capite esse credit vel ollam cincrum, intus habentem papavera æterni somni.

*Nobis cum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetua una dormienda.*

Cygnos insuper convenientes Morti volucres esse credit, ut Cicerio a Socrate didicit: qui cum iam esset exspiraturus, dixit amicis: *vos me existimatis minorem cygno in predicendo, qui finem suum præsentiens auget cantum, je proutum & alacrem ostendens migrationi ad Deum, cuius est minister.* Hinc in Gemmis apud crudeliss. Joh. Chisletum in Socrate sive Judicio de Gemmis, ejus imagine cælatis, cygnus in Socratis capite; qui carmina sani moriens canit exequalia. Omnia hæc a Cl. Augustino prolatæ aptæ sunt & concinna: demonstrabo tamen, hac omnia melius ad Somnum referri posse, præcipuo a cygnis desumpto argumento.



Tab.
XXVI.
Fig. 1.2.

152
229. Catolus Cæsar Baudelot d' Airval, vir in omni antiquitate versatissimus, in aureo libello Gallice inscripto: de l' Utile des Voyages, Lucernam a Fortunio Liceto e Museo Hieronymi a S. Sophia Medici Patavini, præclaro de reconditis antiquorum Lucernis operi libr. VI. c. 26. p. 756. insertam, compitalia sacra & ludos continere credit, ubi ludentes saltantesque pueros, Lares; effigies, quas manu gestant, Manias esse credit, quas in compitis, uti e Macrobio jam demonstravimus, suspendere solebant, e lana compositas. Vnde Varro in sesquivis molles vocat, & quidem duplices viriles muliebresque, quas pro liberorum capitibus ponebant, pro servorum pilas, precantes Maniam & Lares, ut pilis contenti parcerent vivis. Encarpos in lucerna obvios, e capitibus *papa veris* & allii Laribus sacris coagmentatos esse credit. Quæ viri doctissimi sententia, licet antiquitatis gustum sapiat, nisi me tamen omnia fallunt, lumentius Fort. Liceti conjecturæ subscriberem, hoc sacrificium a pueris nudis Baccho Ægibolo exhibitum vindicanti. Omnia, quæ Lucerna hæc exhibet, egregie illustrant Pausanias locum. Hic enim pueri soli sine mulieribus, sine viris adultis, frequentes, nudi, pulcherrimi, ludibundi, sonantes, organa musica pulsantes, modulantes ac hilares in hac Lucerna contarent, cum secundum Lycophronem Bacchus Δαιμων ἐνέχης. Φιγαλεὺς, Παυσῆγος, Deus tripudi, Phygaleus, Phausterius. Hinc ejus sacrificia tripudiis celebrata. Latit autem hi pueri, quod fuerint liberati tam dira pernicie sacrificii sevissimi commutati tandem, placato jam Deo, in innoxium capræ sacrificium pro puero immolando, hac in Lucerna distincte effigiatum. Nec *papa veris* capita, si quæ in encarpo reperiunda, huic Liceti opinioni de sacrificio Bacchi Ægiboli aliquid detrahunt, cum, uti jam ali bi demonstratum, papaveris capita a Bacchi sacris minimè exulent. Sed hæc de Mania, immanique hominum victimâ illi immolata, tandemque in *papa veris* alliisque capita commutata, dicta sunt.

Revocat

Revocat hoc in memoriam homines *Pharmacos*, de quibus Svidas: *Pharmacos vocabant eos, qui publice alebantur, ut civitates expiarent suo interitu.* Vocabantur hostia humanæ quoque *Catharma*; tale se & cæteros Apostolos mundo fuisse περιποθαγος, questus est Gentium ille Doctor beatissimus I. Cor. 4. v. 13. Vid. de his *Pharmacis*, alexiteris & pericatharmatis Excell. Vrsin. Analect. sacr. libr. I. §. 29. & Cl. Lohmejerum in Epimenid. sive de Lustrat. Vett.

Ab his *papa-verum capitibus*, humanis in sacrificio Manis substitutis, fluxit forte, quod ιωδεία simul humana capita & *papa-veracea* denotarent. Testis mihi hac in re Pollux Onocroast. libr. II. cap. 4. Segm. 39. p. 172. Edit. Hemsterhuis. τὴν μὲν τοι κεφαλὴν ἡ ποντὶαι ιωδείαν καλέσον ἀπὸ τῆς τοῦ μήκους οὐρανῆς ὄνυμάσαντες. *Caput autem Poëte etiam ιωδείαν vocant, a papaveris capite hoc nomen derivantes.* Consul. in h. l. Not. Kuhnii & Seberi, qui anpotant, ιωδεία, ιωδία, & ιωδία in MStis reperiri. Sic Græca vox Μήκων a nonnullis a μήκει, i. e. magnitudine capitis deducitur. A vocula hac μήκων, vel Μάκων, Bohemicum *Mak* & Vngaricum forte fluxit; & Germanorum quoque Dialectus quedam *papaver* *Mahen* & *Magen* vocat, hinc *Magen*: *Saamen* / *Magen*: *Del.* Si Garcia ab Horto Arom. libr. I. cap. 4. credimus, capita *papa-veris* in India aliisque orientalibus regionibus repertu dantur, *Caxcax*, aliis *Caschas* dicta, Carolus a St. Josepho in Pharmacop. Persic. *C-hefc-c-hascb* scribit: exstat enim in hoc Pharmaceutico corposse *Sharab C-hefc-c-hascb*. Vinum *papaveris*. *Qours C-hefc-c-hascb*, *Trochisci papaveris*, *loouy C-hefc-c-hascb*, lohoh *papaveris* aliaque. Hæc humana capita adæquant magnitudine, & binos fere sextarios in sc., i. e. XXX. seu, ut alii vertunt, LX. uncias continere queunt: Pierius Valerianus, accuratissimus Hieroglyphicorum collector, nobis hac in re consentit, pronuntians, nullum fructuum foetum insigniore capitis honore con-

spicuum esse *papa verum*, & verum capitis hieroglyphicum apud veteres extitisse: labore quippe delicatum, & regia quasi corona redimitum, majestatem quandam præ se fert. Favent his a nobis haec tenus allatis Gemmæ apud Gorlaum, & *papaveris* & humanum caput insimul exhibentes, in cuius prima mulier cum ligone & capite *papaveris*, & a tergo spica: in secunda rursus loco capitis *papaveris*, caput humanum cernitur, itidem cum ligone & spica. Repetit has Gemmas in Spicilegio Antiquitatis eruditissimus Begerus, p. 72. addens: *Ligo fodende terre instrumentum, non tantum in effodiendis adiutoriorum fundamentis usurpatum, sed etiam in agricultura, adeoque facile constat, caput papaveris & spicam ad hanc solam pertinere: spicam autem & caput humanum, non tantum agriculturam tangere; sed etiam historiam effossi capitis humani in fundamentis templi Capitolini simul adumbrare, quo prodigio futurus Romanorum dominatus, & ex dominatu procedens agriculturæ securitas, annoneque copia Romanis innotuit.* Hæc Begerus. Alii ex historia hanc capitis *papaveris* & humani comparationem defluxisse autumant, ubi Tarquinius cognomento Superbus, per hortum inambulans, nullo responso dato ei nuntio, quem Sextus filius, quid sibi agendum in Gabios esset, sciitatum miserat, tantum baculo eminentiora *papaverum* capita, (Ovidius in liliis id factum ait libr. 2. Fast. v. 703. seqq.) decutiebat. Ex quo Sextus intellexit, proceres paulatim submovendos. Sed hoc vetus fuit Corinthiorum exemplum, e quibus oriundi Tarquinii. Siquidem ferunt Periandrum, qui Corinthi tyrannidem exercuit, cum per fidum nuntium Thrasybulum Milesium consuluisse, quanam arte quave vi sibi principatum stabilire posset, nullum ab eo responsum accepisse: vidisse enim se tantum nuntius memorabat, eum in campum triticea segetis ingressum, eminentiores spicas baculo decussuisse, atque ita Periandrum instructum, capitibus civitatis cæde & exilio

exilio sublatis, tyrannidem occupasse. His rationibus inductus Marchio Cæsar Ripa Iconem artis regnandi (*Rationem vulgo Status* vocant) sanguinario hoc Tarquinii facto, decussione nempe altissimorum *papaveris* capitum exornavit, & conspi ciendum exhibitit.

Delassatus jam calamus incidit in

SOMNVM,

cui tanquam Deo divinos honores decrevit pagana superstitione: nam illi æque ac Somnio Orpheus (vel potius Cecrops seu Cerops, ut quidam putant, indicante Cicerone de Natur. Deor. c. 38. five Onomacritus, uti ex Tatione traditum refert Eusebius libr. X. c. 11. Præp. Evangel.) sicuti reliquis Diis Hymnos compositus, & partim cum papavere, partim cum aromaticis thymiam a dolevit. Prioris hymni in Somnum initium est:

Τηνε ἄναξ μανέων πάντων Θυγτῶν τ' ἀνθρώπων,

Somne Pater divum omnigenum unicus atque hominum Rex.

e versione Scaligeri. Posterioris autem in Somnum:

*Κυλήσκω σε μάναις ταγματίτερες, ψλε, ὄνειρε,
Ἄγγελε μελλούτων.*

*Obsecro te princeps, celerem pernicibus alis
Nuntius incerti.*

Hinc Ovidius Metamorph. L. XI. hoc divino elogio Somnum mactat:

*Somne, quies rerum, placidissime Somne Deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui corda diurnis
Fessa ministeriis mulces reparasque labori.*

& alibi de Somno:

Quo cubat ipse Deus membris languore solitus.

Apollonius Rhod. Argonaut. libr. 4. v. 146. "Τηνον ἀστερήν
δέων ὑπατού, Σομνούν ὀπιτυλατορέν Δεορύμ suprimum, vocat.
Jovem, mundi, secundum Mythologos, rectorem vigilantisſi-
mum, qui se ſemper in excubiis manere profitetur, profundo
Iethargo demerſile Junonis precibus Somnum, teſtis est inge-
niorum fax, & diuinus vates, in Iliad L. XIV. v. 233. qui ideo
ſugillandus videtur eruditissimo Bonifacio Hiftor. Ludicr. (in
qua tamen

Ludicra ſunt gravibus ſeria miſta jocis)

Libr. XVIII. c. 15. p. 136. Edit. Bruxell. quod Superos aliquan-
do ἀνύπνεος & ἀγεπίπνεος, h. e. *insomnes soporisque expertes*, ſeu ca-
lamo, ſeu lingua nuncupaverit. His igitur tractibus limam in
illum exercebat Rhodiginorum doctiflum:

*Hunc Εἴ̄ντα τεάντα θεῶν appellat Homerica Juno:
Nam Deus ipse Deum, Juppiter ipse Jovis.*

In opere novo Inſcript. GRVTERIAN. ab Excell. Grævio edit.
fol. 67. n. 8. cum Baccho inter Deos maximos & τάπτης ſive
Conservatores refertur Somnus:

DIIS MAXIMIS
BACCHO & SOMNO
HVMANAЕ VITAE SVAVISSLIMIS
CONSERVATORIBVS
SACRVM.

Et optimè junguntur Bacchus & Somnus: quis enim in ſo-
mnū pronior Bacchi mancipiis, vitisque cruoſe ſaturatis? quip-
pe vina ad ſomnum diſponunt, teſte Poëta:

*Somne veni, en volucres tibi dulcia carmina dicunt,
In uitat placido te viaga lympha ſono.*

*Te violæ, te lilia pulchra tuumque papaver,
Teque vocant plenis Crefia vina cadis.*

Deum & Regem demonstravimus ſomnum: ingrediamur nunc
eius Regiam. Hanc in Lemno fixit Homer. Iliad. 5 v. 230. &
quidem in civitate Thoantis,

*Δίμνον δ' εἰσαφίκανε, πόλιν θείοις Θάντοις,
Ἐνθ' ὑπνῷ ξύμβλητο.*

*Lemnum autem peruenit, civitatem di-vini Thoantis,
Vbi ſomno obviauit.*

Ovidius Metamorph. libr. XI. apud Cimmerios luculentiffime
Somni domicilium deſcribit, quem conſulat, cui volupe: nos
illa tantum mutuo ſumimus, quæ papaver noſtrum tangunt, quippe

*Ante fores antri ſeunda papaverā florent,
Innumeræque herbæ, quarum de laetè ſoporem
Nox legit, Εἴ̄νται per opacas humida terras.*

Circa urbem quoque, in qua Regia Somni, papavera lète pro-
pullant, ſi Lucianus audiatur, ἀντὶ σπεδαιῶν ἐς τὸ γελαθῆναι,
vir ad concitandum riſum faſtus, Hiftor. Ver. libr. II. p. 683.
Edit. Grævian. κύνῳ μὲν περὶ πάταν ἀντὴν ὑπη ἀνέσηε, τὰ δένδρα
δ' ἐσὶ μηνῶντος υψιλοῖς καὶ μανδεροῦσσοις, καὶ ἐπ' ἀντῶν πολὺ τι πλῆθος
νυκτερίων, τέτο γὰρ μόνον ἐν τῇ νύτιᾳ γίγνεται ὄχεον. Circa hanc
(urbem) undique ſilva ſurgit, cuius arbores alta ſunt papaver-
ra Εἴ̄νται mandragoræ, quibus magna multitudine vespertilionum
infidet. Nam ſola hac avis naſcitur bac in iſula.

Vidimus ignavi domum & penetralia Somni; perlustravimus
iſulam & urbem: Mater Somni nunc in medium produ-
cenda. Hanc vates Aſcræus in Theogon. nobis propalat v. 211.

*Νοξ δ' ἔτεκε συγέσχυν τε μόδον, καὶ κῆρα μέλαιναν
καὶ Θάνατον. τέκε δ' ὑπνον. ἔτεκε δὲ φῦλον ὄνειρων,
Οὐτινὶ κοιμηθῆσα θεῖα τέκε Νοξ ἐρεβέννη.*

Nox præterea peperit odiosum Fatum, & Parcam atram
& Mortem; peperit etiam Somnum, peperit vero agmen
Somniorum,

Quæ nulli mista Dea peperit Nox obscura.

Ergo patre deſtituitur Somnus, quia nocte dormimus & ſomniamus: ideo dicitur peperisse Somnum ſine opera ullius Dei, quia ſola nox facit, ut dormiamus & ſomniemus, ceu argute ad hunc locum ratiocinatur. Clericus. Hanc Somni matrem, non minus ac filium Somnum, papaverem exornavit antiquitas. Producō teſtem Peligni ruris alumnum Faſtor. libr. IV. p. 597. Edit. ad Vſum Delph.

Interea placidum redimita papaveræ frontem
Nox venit, & ſecum ſomnia nigra trahit.

Vt silentio involvamus filios Somni, ſatrapasque & praefectos. Inter plurimos filios trium meminit Ovidiana Metamorph. libr. XI. p. 419. Primus Morpheus eſt:

At pater e populo natorum mille ſuorum
Excitat artificem, ſimulatoremque figuræ,
Morpheus.

Secundus & tertius:

Icelon ſuperi, mortale Phobetora vulgus
Nominat, eſt etiam diuerſe tertius artis
Phantasis.

Satrapas & praefectos Regiæ Somni e Luciano cognoscimus Ver. Histor. libr. 2. p. 684. οὐτοὶ γὰρ δὲ ἀρχεῖ πατρὸς ἀντός, τιτανίας δέο
και ὑπάρχους πεπομπέων, ταραχίονά τε τον Ματαιογένους, και Πλου-
τολέα τον Φαντασίων. Is enim apud ipſos regnat ſatrapis duo-
bus & praefectis creatis, nimirum Taraxione Matæogenis filio,
& Plutoclie Phantasionis. Sed linquimus hæc ludicra, ipſam Somni
effigiem accuratius inſpecturi. In Museo Fuggerorum Somni Dei
antiqua ſtatua, capite papaveribus revincto. Et fortassis illa ipſa eſt,
quam ex Iconol. Deor. ſolertiſſimi Sandrartii hic exhibemus.

Ex



Ex Germis Augustinianis, studio Excell. Gronovii recufis,
paulo ante, ubi de Dea Larunda egimus, personam, ipsi Maschera
Simbolica dictam, exhibuimus, quæ aptissime Somnum vel
ejus matrem Noctem repræſentat. Ejus in capite calathus, vel
huic ſimile quid, papaverum capitibus exornatus, dilucidifli-
mo Somni ſymbolo; & licet Cl. Augustinus mortem hac ſub
figura latere credat, argumentoque a cycenis deducto firmet;
proprio tamen jugulandum gladio, argumentoque a veneris
his alitibus desumpto, felicius longe Somno vendicabimus.
Tradunt enim Venerem, nullo alio recubare lecto voluisse, quam
qui

qui e cycni plumis factus esset, præsertim vero iis, quæ supereminentibus pennis subsunt, & lanam appellavit hoc disticho
Bibilicus vates Epigr. libr. 14.

*Lassus Amyclæa poteris requiescere pluma,
Interior cycni quam tibi lana dedit.*

J. Bapt. Mantuanus libr. 5. Alphons. hujusmodi lectos pretiosissimæ annumerat supellectili :

*Vbi olorinae subter velamina pluma
Serico odoratæ chlamydes? Asiatica giza.*

Equidem cæteris omnibus haæ meliores plumaæ, quippe reliquis molliores, quas ideo Poëta extollit:

*Non stratum fluviatilis anas, non anser Aneta
grandior exhibuit, non mollior anserem cycnus.*

Reflorescentis eloquentia princeps, qui apud Italos Poësin Latinam velut ab Inferis reduxit, Fr. Petrarcham innuo, cynum pro lecto mollissimo & ad somnum placidissimum capiendum imprimis apro, accipit hoc versu:


Postremum in cycno dant corpora casta sopori.

Plura, quæ huc collineant, vid. apud laboriosiss. Aldrovandum, omnis politioris literaturæ, antiquitatis & historiæ naturalis, quam fere exhausit, ditissimum promum condum in Ornithol.

His in antecessum prælibatis, quisnon videt, hanc Gemmam tam ratione papaveris capitum calatho, (aut quidquid sit, quod in capite gestat) impositorum somnumque blande provocantium, quam ratione mollissimi e cycni plumis parati lecti, somnum procurantis ipsique blandientis, potiori jure posse vendicari, quam vel Larundæ, vel Morti? Certe tam clara hæc sunt, tam perspicua, ut nulla uberiori indigeant explicatione.

Vidimus

Vidimus papaveribus revinctum Somni caput, in manibus quoque Somni, papaver fistimus. Promit opus illud misivum vir de antiquis monumentis optime meritus, Cl. Ciamp-



pinus, in elegantissimo Libro, quod de Operibus Sacris Musivis Romæ edidit, Tab. XXX. n. 3. pag. 82. Reperta est hæc Somni imago Año 1689. in antiquo quodam monumento, tertio ab Urbe lapide extra portare Asinariam, nunc S. Johannis, via Latina. Figura hic expressa Somnum repræsentat, quæ cum tota nigra sit, ad noctis tenebras alludit. Sinistra tres flores tener, quos papaveris judicat Cl. Ciampinus, somnum quippe conciliantis. Viro cuidam eruditissimo non papaveris flores videntur, sed Aspergillum Somni, cuius apud veteres mentio. Sic si Virgilium Libro V. Æneid. inspiciamus, Aspergillum ramus est juniperi, vel virga, lethæo rore, vel si mavis, papaveris succo aliisque madidus. Sic enim altisonus Maro:

*Ecce Deus ramum lethæo rore madentem,
Vique soporatum Stygia supra utraque quassat
Tempora, cunctaque natantia lumina solvit.*

Et Statius libr. V. Sylv.

Lætior extremo me tange cacumine virgæ.

Valerius porro Flaccus Argon. Libr. VIII.

*Contraque lethæi quassare silentia rami
persitat, & adverso luctantia lumina cantu
obruit.*

Apollonius Rhod. Argonaut. Libr. 4. expresse juniperi ramum substituit v. 156.

*Ἡ δέ μη ἀρνεύθοι νέον τετρυότι Σαλλώ
Βάπτεσθ' ἐπι μυκεῖνος ἀκήρατα Φάρμακα ποιῶσις
Ράιν κατ' ὄφθαλμον, περὶ τὸ ἀμφὶ τε νήστος ὁδμῆ
Φερμάκου ὑπὸν ἔβαλλε.*

*Hec autem (Medea scilicet) ipsum juniperi recens ſe-
to ramo
Intingens ex potionē Cycone, efficacia Pharmaca car-
minibus*

Rora-

*Rorabat in oculos, circumque plurimus odor.
Pharmaci ſomnum creauit.*

Quid autem dextra tulerit hæc Somni imago, haud appetet, cum temporis lapsu deleatum sit: quippe

*malignus ævi
Dens corroferat, optimamque partem
Delibaverat integro labore;*

Forte illud *Cornu* erat, in quo *lethæam aquam* gestasse, antiquitas fabulabatur; hoc etenim modo a pictoribus fingitur & pingitur. ut Somnium, quasi effluens & liquidum, e cornu in dormientes effundere videatur. Vnde irrigare dicimus *somnum*, & apud Poëtam: *fessos sopor irrigat artus*, quod facundus Silius ore sic expressit Libr. 10:

*Quatit inde soporas
de vexo capiti pennas oculisque quietem irrorat.
Et Statius de Somno loquens Thebaid.*

*Cornu perfuderat omni.
& paulo post maneficius;*

*Et cornu fugiebat somnus inani.
quo loco Lutatius Grammaticus, quem alii Laſtantium nominant, ait: inani cornu dixit, quia illud noctis tempore totum ef-
fuderat.*

*Nec Lethæis tantum aquis refertum credebatur Cornu, sed
& papavere. Testem iterum cito Silium Libr. X.*

*cur uoque volucris
per tenebras portat medicata papavera cornu.
Si Valerius Flaccum Argonaut. Libr. VIII. inspiciamus, alia
adhuc plura Somni cornu continet.*

*Somne pater, Somne omnipotens, te Colchis ab omni
Orbe voco.*

*Quæ freta ſepe tuæ domui, quæ nubila Cornu
Fulminaque & toto quidquid micat æthere.*

X 2

Hoc

Hoc Somni *Cornu* papavere aliisque refertum, *poculum* quoque vocatur. Sic Christianorum Poëtarum eruditissimus Prudens hymn. 6. de dormientibus:

*Mens astuans procellis,
Curisque fauciata,
totis bibit medullis
oblivivale poculum.*


Solertiafissimus Theologus, Joh. Henr. Ursinus, hac, quæ de *Cornu* sive *Poculo* Somni diximus, multum conferre creditit ad illustrandum locum, quem Propheta Zacharias c. 12. v. 2. de grandi soporis *poculo* habet, quo hostes Ecclesiæ inebriati ferreum somnum dormiunt, ut Sissera poculo soporifero Jaëlis, Judic. 4. v. 20. vid. versionem Tremell. in Zachar. l. c. & Cl. Ursin. Analect. Sacr. L. I. cap. 35. 36. & erudit. Drusium in h. l. ubi certe elegantissima de *soporis poculo* invenies.

Sed ad Somni redeo imaginem, manibus *papa-vera* tenentem. Sic enim *Occidentem* in *Ikonologia*, opere omni eruditio scantente, adumbrat Illustriss. Comes Cæsar Ripa. Fingit *Senem*, cum ad *fiuem* vergat diurnus hominis *labor*; in *veste* coloris *Violacei*, (*paonazzo* Itali vocant) qui *obsturis noctique convenientibus* assimilatur & accensetur, *ore fascia occluso*, quia *nox tempus est*, quo *cuncta silent*. *Capiti* imminent *Hesperus*; *indice* dixito *Solis* monstrat *occasum*, *circumvolitant Vespertiones*, de quib[us] Sulmonensis Vates l. 4. *Metamorph.*

*lucemque perosæ
Nocte volant, seroque trahunt a Vespere nonten.
Manu lethæa papa-vera tenet.*

Vidimus hucusque stantes & erektae Somni statuas, papavere ornatas; nunc jacentes dormientesque producimis. Inter illas agnem ducat *Τάνος ἐπιδιότης* Pausanias, cuius in Corinthiacis sive Libr. 2. cap. 10. p. m. 134. his verbis meminist: *Kαι γερ-*

αὐτὸ ἄγαλμα ἔνεισον, καὶ ὑπνος κατακομίζων λέοντα, ἐπιδιότης δὲ ἐπιδιό-
της. Prope Somnii signum est, & leonem sapiens Somnus, Epi-




dotes cognomento. Illius jam mentio facta, cum de Venere actum, rationesque haud siculneæ, quas Tollius ingeniosissimus pro sententia stabilienda, hunc Epidotem Somnum Amorem sive Cupidinem denotare, atulerat, recensitæ. Nunc promissi memoræ, hanc lectoris oculis subiectam imagunculam potiori jure Somnio vindicandam demonstrabimus; quod certe Cl. Tollio, uti jam diximus, suboluit. Ad argumentum autem hoc fulciendum, omnia, quæ imagunculam comirantur, collineare videntur, ut facili negotio rationes in contrariam allatae sententiam, corruant & labefactentur. Maximum quippe Cl. Rondelli temum, Somnum Juvenem non esse, ab Excell. Tollio jam retusum, qui ostendit partim ex Euclidis apud Stobæum effato, quod duplex Somnus sit, unus *νεοτερος* καὶ *μεγαλωδης Δασκαλος*, alter *μόνος* καὶ *γενεν*; partim e loco Statii, qui Somnum salutat,

juvenis placidissime Divum;

partim e Pausaniae loco mox adducendo, ubi Mors & Somnus in ulnis noctis matris, seu infantes. E quibus omnibus colligit Vir eruditissimus, Somnum ex illis Diis esse, quibus non assignatur certa aetas, ut nec certae hominum aetati, sed universae trahuntur. Juvenem Somnum sicut statua cucullata in hortis Car-

In hortis Carpensibus super porta qua
descenditur ad fontem



bensibus

penibus super portam, qua descenditur ad fontem. Blanda haec immersa somno appetit, mento manu sinistra suffulto, dextra aliquid tenens, vel faciem inversam fractam, vel cornu, vel simile quid, cum subscriptione:

Et secura quies & nescia fallere vita.

Vid. Boissard. Topogr. T. III. p. 72. apud quem plura occurunt marmora, in quibus puelli alati, instar cupidinum sive geniorum, facibus inversis somnum perpetuum vita functorum representant. Neque hoc argumento robur addit, Somnum non esse, quod cornu non adsit, cum & ramus juniperi sive aspergillum & virga, cuius modo mentio facta, non conspicatur. Reliqua brevitatis amore pratereo argumenta, cum partim loci hujus non sint, partim ab eruditiss. Tollio non elisa tantum, sed clusa. Sequitur, ut paucis de Leone, cui Somnus indormit, agamus. Exhibitetur hic nobis Somnus tanquam πανδομάς, quo vocabulo eum Nonius exornat Libr. XXX.

"Πνε, τι πανδομάτω παληθυεῖ.

O! somne, quid omnium domitor appellaris.

Et jam ante illum Homerus Illiad. Ω v. 5.

εδέ μη ὑπνος

Ἡρει πανδαμάτωρ.

neque ipsum somnus

Cepit omnia domans.

& Odys. I. v. 373. Ad quae verba Scholiares Didymus: Επιθετός ὁ ὑπνος ο πάντας δαμάσων και Θεος και αὐθεώτερος. Nec ejus imperium tantum in Deos & homines; sed, dum leones quoque domat, sese sicut tanquam ἀντα πάντων ζειν επίστρεψεν εὐγείας χθών. Regem in quæcunque sovet tellus animantia, ut Orpheus canit.

canit. Sophocles in Ajace hoc respectu Somno epitheton
παγκρατής tribuit

Παγκρατής ὑπνος λύει πεδήσας.

quod Valerius Flaccus loco jam adducto *omnipotens* vertit.
Quid enim leone σφραγότερος; attamen ceu κατακομβίων λέοντα,
leones domans & sopiaens, a Pausania exhibetur.

πάντων γὰρ ιεράτεις μὲνος καὶ πάσι προσέρχη,
Σώματα δετυσμῶν ἐν ἀχαλνέυτοις πέροις.

Omnibus unus enim regnas, atque omnibus adflas,
Corporaque insidiator inermi compede vincis.

Orpheo hic iterum explicante in Hymn. Namque somno fit
débile corpus, languescunt omnia membra:

*Serpit per omne corpus
letæa vis, nec ullum
patitur manere sensum.*

Prudentio sic sentiente. Hinc ὑπνος λυσιμελῆς, *membra refol-*
vens, & flaccida quasi reddens, apud Theocr. & Hesiod. λυσι-
μέλους autem & γλυκύθυμος apud Orpheum & Aristophanem
audit. Nos relicto leonino Somni lecto, alium ejusdem inspec-
mus apud Ovidium Metamorph.

*At medio torus est, ebeno sublimis in atra,
Plumeus, atricolor, pullo velamine tectus,
Quo cubat ipse Deus.*

Ingeniosissimus Iconologiae Scriptor Somni lectum papaveribus
stratum pingit; id quod Statius san mutuo sumptum, qui The-
baid. L. X. v. 107. canit, ceu optima id exemplaria exprimunt;

*Soporifero stipatus flore tapetas
Incubat*

Expi-

Exprimit hoc quoque *papaver*, imagunculae nostræ adjacens,
indubius Somni characterismus, ut pluribus vix opus sit.

Majorem difficultatem parit *Lacerta*, nec primo intuitu apparet, quomodo hoc animalculi genus Somno congruat; sed si paululum dispiciamus, nobis Aristoteles de Hist. Animal. auctor est, per dimidium fere anni, lacertas dormientium instar sub terra latitare: Hinc ἔξαιρνόθιος ταῦρος, *lacertus semestris*, a Peripateticorum vocatur aquila; causamque Rev. P. Lauretus in Sylv. Allegoriar. autumat, cur inter immunda animalia in veteri foedere lacerta fuerit relata, quod cavernas & sepulcra incolat, & per semestre spatium dormiendo quasi transfigat. Vel Somno convenit lacerta, quia *oblivionis imago*, utpote cui animali, Plinio Hist. Nat. Libr. X. c. 66. teste, nulla sit memoria; hinc Orpheo ἀντοπαίγνητος λέγεται; vel ut Lucretius Libr. I V. exprimit:

Præterea meminisse jacet, languetque sopore.

Sic oblivionem Somno adjungit Euripides in Oreste v. 211. seq.
p. 137. Edit. Stephan.

Ὦ φίλον ὑπνα θέλγυτρον, ἐπίνεργον νόσος
Ὦς οὐδέποτε προσῆλθες ἐν δέοντι γε.
Ὥ πόνια λέγεται τὰν κακῶν, οὓς εἰ σοφὴ,
Καὶ τοῖσι δυσυχέστιν ἐντάσια θέος.

*O! dulce demulcens Somne, remedium morbi;
Quam suavis mihi ad-venisti opportuno tempore.
O! Veneranda oblivio malorum, quam es sapiens,
O optanda Dea calamitosis.*

Si hæc insufficientia videantur, alia pro his confirmandis affiri-
poterunt. Si homini sub dio dormienti serpens aliquis insidie-
tur, *lacerta*, etiam si pusillum sit animal, per faciem & collum
dormientis cursitans, illumque excitans, hominem ab hoste
venenato

venenato tuerit; id quod de lacerta Brasiliensi *Taraguirae* narrat. Illustr. Rajus Synopsi Method. Animal. quadrup. p. m. 266.

Restant in imaguncula nostra *Ales*, quæ itidem Somnum declarant: hunc enim alatum & Poëtae fingunt & marmora & gemmæ. E Poëtis Græcis *alas* Somno adjudicat Nonnus in Dionys. Libr. 48. v. 1284.

Kai συμεραις πτερεύγεσσι, περισφίγγων δέμας Αὔρας

Τπνος ἐπι βάνχῳ γαμοσόλος.

Et in umbrosis alis circumstringens corpus Aurora
Somnus erat Bacchi nuptias adornans.

Sic & Somnio adaptantur alæ in Orphicis:

μάλας τανυσιπτερες, ξλε ὄνειρα.

Beatum alas expandens, pernitiosum Somnium.

Et Nox quoque Euripidi vocatur in Hecuba

Μελανοπτερεύων μάτης ὄνειραν.

Inter Latinos Poëtas Mantuanus Vates Aen. Libr. V. v. 86.

Ipse volans tenues se sustulit ales in auras.

Et Ovid. Metamorph. Libr. XI. de Morpheo:

*Ille volat nullos strepitus facientibus alis
per tenebras.*

Et Silius Libr. X.

Non te majoribus, inquit,

Afisis diue, vobco: nec posco, ut mollibus alis

Des vicum mihi, Somne, Jovem.

Erantque ale fixæ, ut inferorum omnia, fulvae vel nigrae. Tibull. Libr. II. Eleg. I.


Postque venit tacitus fulvis circumdatuſ alis

Somnus, & incerto Somnia nigra pede.

& Manilius Actas alter & Alcides, qui caput astra tulit. Astro-nom. Lib. V.

& mentita diem nigras mox contrabit alas.

Claudianus in Russinum:




*Ceperat humanas alto sopore labores
Nox gremio, nigrosque super diffuderat alas.*

In marmoribus quoque *alatus* conspicitur Somnus: ut enim si-
leptio præterea plures Somni alati effigies, tardis inversis in
monumentis reperiundas, aeternalem & lethæum Somnum con-
cernentes: ectypon nitidissimæ Somni imaginula ab Amico
Dn. Korlino, ornatis antiquitatis, imprimis nummaria, promo-
ndo, accepi, cuius prototypon hic in Museo Brauniario, cum
principibus certe gazis comparando, thesauro proh dolor ab-
scondito, asservatum. E marmore Pario effectum est, ejus ma-
gnitudinis, quam hic exsculptam damus. Calamistratum den-
sumque capillitium, præsignis facie, forma conspicuus pusio, apta
ubique membrorum commodulatio ad carnariam potius ac-
cens, quam pinguiariam. Alarum elegantissimarum remigium
corpori connexum, quale in venustulo & pulchello conspici-
endum Cupidine. Et certe Apulejo de Deo Socratis teste, Amor
& Somnus ejusdem generis Dæmones sunt. Vnde Excell. Tol-
lio sic sentiente, in antiquis marmoribus ac monumentis ita ea-
rundem confusa sunt imagines, ut vix ab Amore Genium, Amo-
remque a Somno distinguas: nec invalidam rationem annectit
Vir Clarissimus: Nam vitæ primus auctor ἔσως: Vitam in-
trantibus, sive inchoantibus additur Genius, adeisque ad ex-
tremum vitæ spiritum: quo semel extincto, una perpetuo
omnibus dormienda nox est, cuius & lethum & consanguineus
lethi sopor progenies. Præterea duo hæc προφανεῖται
πέδη, Somnus & Amor, ut ea Heraclides Ponticus appellat.
Hoc nostrum tamen simulacrum Somnum esse vel Genium So-
nni, cuius sepius in inscriptionibus mentio fit, evincunt papaveris
capita in dextra conspicienda. Maxime vero dolendum,
quod manum sinistram mala fors abstulerit, ut nunc nihil cer-


ti determinare possumus, num cornu, an tædam, an aspergillum tenuerit. Oculi vel conniventes, vel plane clausi, Somni quoque luculentí indices, me movent, ut illud, quod de dormiente Jovis aquila Pindarus cecinit Pyth. 4. v. 13. seq. Edic. Theatr. Sheldon. in Fol. p. 166. huic nostræ applicem imaginula: Κελανῶπιν δὲ ἐπὶ οἱ νέφλαι - βλεφάρων ἀδύνατον κατέχεντας. Obscurum vero ei nebula - palpebrarum suave claustrum, offundis. Pedes pulcherrimi, nec intorti, uti in Somni statua Pausanias mox producenda, sitque dormientibus consueto, & perquam familiari, quantum ex aliis dormientibus colligere licet statuis, quarum e numero unicam tantum producam, elegantissimam certe apud Boissard. Antiquit. Roman. T. VI. n. 25. delineatam, quæ Nympham adumbrat dormientem, ad Aqueductum fontis Virginis, hac adjecta epigraphe:

Ad aqueductum fontis Virginis. Tab. XXVIII.



Hujus







ENDYMION dormiens LVNAM coelo deducere amoris causa creditus



NAM cōlo deducere amoris causa creditus

Hujus Nymp̄a loci sacri custodia fontis
Dormio, dum blandæ sentio murmur aquæ.
Parce meum, quisquis transīs ea vā marmorā, Somnum
Rumpere, siue bibas, siue lavere, tace.

Situs ille corporis, & dextra super caput reflexa, requiescentem
e longo labore denotat apud Lucianum. Nec frustra est, quod
in aurem sinistram dormit: illud enim, secundum Cl. Tolium,
repetiti somni indicium, adeoque animi cura levati. Prius
enim, si Medicis auscultandum, in dextra dormire salubrius,
qui somnus ut primus, ita altissimus: sed exercefactis semel
redormire non tam facile, nisi omni cura vacuis; hinc fluxere
Adagia, *in utramvis & in dextram aurem dormire.*

Con sociabim̄ his Somni imaginibus Marmor illud, in
Romano Principi Justiniani Horto obvium; ab artificiosissimo
nostro Sandrartio Statuarie Admirandis insertum, & Thesaur.
Antiq. Græcar. Gronov. T. I. quoque ex hoc opere illatum. De-
clarat hoc fabulam Endymionis dormientis, Lunam cōlo deducere
amoris causa crediti, cumque plurima, quæ hucusque de
Somno, ejusque alis, Somnique geniis dicta, exprimit & il-
lustret, hic inserere consultum duxi, & vel maxime ideo, cum
ad caput Endymionis dormientis Somnus alatus, vim simul Tab.
suam inspirans, aliaque figura, *papaveracea* tenens manibus XXIX.
capita, quam noctem esse reor, appareat. Sensum fabula En-
dymionis nonnulli sic explicant; fuisse illum pastorem, qui no-
cturnis delectaretur pascuis, cum alii pastores clausas in stabu-
lis haberent greges. Atque cum hujus greges magnopere pin-
guescerent, fabulæ datus est locus, quod Luna ejus amore ca-
pta, illud Endymionis gregibus donaret. Est & aliud Marmor,
hanc dormientis pastoris fabulam exprimens, in muro carceris
Constantinopolitanī, a septem turribus nō men trahentis, ubi
Dea etiam Facem tenere creditur, referente hoc Excell. Grono-

vio in Thesaur. Antiq. Gracar. Tom. I. Lit. O. Cum plurima haec tenus acculerim, quæ vim soporiferam papaveris illustrant; etiam hoc addendum duxi, opium antiquis dictum *Sopio*, secundum Excell. Rhodium Not. in Scribon. Largum. Hac ratione Galloottus Martius de Promiscua Doctr. c. 5. pro *Scipionibus* apud Catullum Carm. XXVII. legit *Sopionibus*. A virtute hac papaveris soporifera, species quadam atræ lactucæ vocatur Μηλιώνις Σπίσαξ, *lactuca papaveracea*, quod secundum Florentium, (Rei Rustica scriptorem, qui, ut Cl. Needham in Proleg. ad Geoponic. Scriptores ab ipso editos notat, circa Annum Christi 218. sub Macrino Imperatore vixit) Σπίσαξ ἀπόφοι εὔσημο καὶ ὑποτικόν, καὶ γάλακτος προτερηπτικόν. *Edulium suum extingueens*, soporiferum, & lac alliciens, & paulo post: ὅπνον ἐπιθέσει τοῖς μὲν ὄγκωντος ἀποτυπώναι, τοῖς δὲ μονάχων ὑποτιθεμένην ἀγνοοῦσι. *Somnum inducit satis quidem in cibo acceptum*, agris vero suppositum nescientibus. Καὶ ὁ χυλὸς δὲ τεύτρας ἐπιχειρούμενος τῷ μετώπῳ τῷ αὐτών, ὅπνον αὐτῷ ἔταξε. *Sucus etiam hujus fronti agroti illitus somnum ipsi inducet*. Plura adhuc de vi somnifera hujus lactucæ in fine capititis habet Florentius. Vid. Excell. Needhami Geoponic. Script. Libr. XII. c. 13. pag. 333. Sed ad Papaver nostrum redeundum, cuius virtutem hypnoticam nil magis exprimit quam elegansissima Gemma Gazæ Christianissimi Monarchæ, quam dædala manus Elisabethæ Cheron faberrime arti insculpsit. Minervæ certe opus, & in arte chalcographica inter absoluta censendum, palmam, quam tot in arte hac obtinuere, reddens dubiam. Aeri incisam hic porrigitur, sed Umbram pro Junone, ut est in proverbio, si cum prototypo conferatur. Inscriptio Gallica, quid sibi gemma Jaspis sanguinea velit, explicat: *La nuit repand ses pavots. Nox spargit vel effundit papavera sua.* Ceteris antiquorum scriptorum solertia de Somni viribus effectibusque ad nos detulit, hæc explicat Gemma. Ovidii Metamorphosin insipienti libr. XI. Somnus pater se offert, quam



La Nuit qui repand ses pavots. Jaspe Sanguin du Cabinet du Roy.

Elizabeth Cheron
L.H. Delin:zio

quam Dea Juno, cum Iride accedens, placide nstantem soporique indulgentem in regia reperit. Gemmam hanc intuenti, Deus Somnus, ex Ovidiana delineatione, sensis instar exhibetur.

*Tardaque Deus gravitate jacentes
Vix oculos tollens, iterumque iterumque relabens,
Summaque percutiens nutantia pectora mento;
Excusit tandem sibi se, cubitoque levatus,
Quid veniat, scitur.*

Adde illud Homeri libr. ult. Odyss.

ευδέμεναι μαλακώς, ηγέρε δικη εἰ τη γεροντῶν.

Dormivit molliter, bæc enim iustitia est senum. i. e.

justa hæc & convenientia senibus sunt, quem locum ex Homero ad eam sententiam probandam citat Galen. περὶ οὐρανῶν libr. V. de quo loco fuisus in dissert. nostra de Homeri in Medicina Auctoritate.

Somno patri proxima foemina, quam quoque sopor habet, & quæ itidem

*mollì languore solutum
depositū caput.*

vel ut Lucretius canit:

*- reclinata obdormi-vit & omnia membra
dissolvit sopor.*

Forte illa Chatitum una, & quidem Pasithaea, quam Somni Amasiam fuisse, resert Pausan. libr. IX. in Boeot. c. 35. p. 781. Juvenem illi adstantem, cum papavere in sinistra, non absurde Somni filium quis pronuntiet, qualem velit pro arbitrio, sive illum, quem

*- Ielon superi, mortale Phobetora vulgus
nominat,*

sive sit *diversæ tertius artis*
Phantos.

Junonem, vel Iridem papavera porrigenem quis in gemma ex-
pressam neget, & simul

Morphea, qui peragat Thaumantidos edita.

Vapor sub pedibus Divæ Ovidianum illud explicat:

*Imperat hæc Juno, postquam mandata peregit
Iris abit, neque enim ulterius tolerare vaporis
vim poterat.*

Fruteris obfessus ager Lucretio lucem dat.

*Et frutices inter condebat squalida membra,
Circum se foliis & frondibus involventes*

Flores ad pedes Somni patris propullantes illud Poëta interpretatur,

*Somne vocant
Te violæ, te lilia pulchra, tuumque papaver.*

E Rivo allabente colligere licet, placidum aquarum cursum lapsumque fusurrosque, æque ac papaver, blando involvere somno, probante hoc M. Ant. Flaminio:

In-vitat blando te vaga lympha sono.

Quo spectat quoque Nympha ad Aquæductum fontis virginis Romæ, cuius paulo ante mentio injecta. Vel secundum Lucianum Var. Histor. libr. 2. p. 684. *fluvium Nyctiporum* designat, e duobus fontibus, Negro & Pannychia, forte ortum ducentem; vel *Letben fluvium* ob oculos ponit, cuius Ovidius his verbis meminit in Regia somni:

Saxo tamen exit ab imo

*Rivus aquæ Lethes: per quem cum murmur labens
In-vitat somnos, crepitantibus unda lapillis.*

Ab hoc fluvio papaver a Virgilio *lethæum* denominatur:
Lethæo perfusa papaver somno.

Quod Servius tamen plenum-oblivionis interpretatur, quam effaciam quoque Ceres, Proserpinam nimium lugens, e papave-re sensit; & Proteus apud Virgilium Aristæo præcepit:

Inferias Orphei lethæa papaver mittes.

Qui scilicet obliisci vivus deamatæ Eurydices nequierat: Hinc Hesychio Μύιων πόστις λαθεῖν ἐμποιεῖ, *papaver herba oblivionem inducens*, definitur; vel Lethæum quoque fit papaver non vi soporifera, sed, si copiosior hauriatur, *MORTIFERA* per somnos, e Plinii effato, qui optime hoc addit, *moderato* pa-paveris usui laudis nihil decedat, vel detrahatur; nec enim quis unquam de semine papaveris interpretetur, sed de lacryma five opio, quippe papaveris semen in ciborum numerum olim cessisse, & adhuc cibis immiscesti, res evidentissima, ut mortiferi nihil exinde, uti ex opii ingestione nimia, metuendum sit. Hujus mortiferam vim innuit Nicander Alexipharm. v. 433.

Καὶ σὺ δὲ, μῆκων τοῦ κελτηγόνου ὑππότε δάκρυ
Πίνωσι πεπύθοι καθυπένεις, ἀμφὶ γαστὶ ἄπειχε
Τύια παταψύχουσι. τὰ δὲ σὺν αναπίτιαται στοσεῖ,
Ἄλλ, ἀντως βλεφάροισιν ἀνινήντα δέδησε.
Ἄμφι δὲ σδικήεις πανάτω πεξιλεῖσται ιδρέσ
Ἄθερος, ὀχρεών δὲ πέδῳ, πίνυπησι δὲ χειλη,
Δεσμαὶ δὲ ἐπεγχαλάμουσι γενεάδῳ, ἐν δὲ τε πάνερον
Ἀυχένῳ. ἔλαφουσιν Ψυχέσιν διανίστεται ἀθέμα.
Πολλάκι δὲ πεταλίδης ὄντες μόρον, ηδὲ τι μυκτηρί^{τη}
Στρεβλὸς ἀπαγγέλλει, ὅτε δὲ ἂν ποιητικές ἀγαθ.

Fœcundi lachrymam quicunque papaveris hauſit,
Hunc sopor altus habet, glaciali frigore summi
Torpeſtunt artus, nec lumina coeca recludit,
Comiſſis ſed vincta genis immota tenentur.
Vndique permuto corpus ſudore grauique ſuſt
Extillat, pallet facies, ſunt feruida labra:
Vincula malarum ſol-vuntur: anhelitus imo
Exiguus frigensque ſimil ſpiratur ab ore.
Sepe etiam obtorta nares, vel lividus unguis,
Aut oculi ſunt certa carvi praefagia mortis.

Secundum Cl. Lobelium Mήνων, a quo *Meconium* fluit, nomen obtinuit a μηνῶν, quia viuſti opii ſopore ſenſus & membra stupefacta nequeant quicquam agere; aut a κάνειον, circuta, quod vertiginem aliaque lethalia ſymptomata, ſicut illa, inducat; ob hanc rationem ab Iuſtriss. Salvagn. Boeffio de Septem Delphini. Miracul. sylv. 2. de Turri veneni experte inter deleteria venena referuntur:

Quarē madebat humus tetro polluta veneno,
Pestiferō crevit, dictu mirabile, ſucco
Herba, toram rivotant, qua non velocius ullum
Progenerat Colchos, Ophiuſaque lurida virus,
Cedit Hyoscyamus, gelidique papaveris humor &c.

Hinc Sopor Cornel. Nepot. Dion. i. r. idem ac potio ſoporifera: Patri ſoporem dare Medicos cōegit. Hoc aeger ſumpto ſomno ſopitus diem obit supremum. Nil quippe apud auſtores frequentius, quam ut Somnus & Mors germaniſſimi fratres ſtatuantur, & quidem uterini, quos Mater Nox peperit. Lucem offert ſtataua apud Pausan. in Eliac. priorib. ſive libr. V. cap. 18. p. 422. Πεποίηται δὲ γυνὴ παιδα λευκὸν καθεύδοντα ἀνέχεντα τῇ δέξιᾳ χερὶ, τῇ δὲ ἐπέρια μέλανα ἔχει παιδα καθεύδοντι ἑοικότι, ἀμφοτέρους δι-
ſparμένους.

ſparμένους τὰς πόδας. Fœmina expreſſa eſt puerum conſopitum dextra album ſuſlinens, nigrum ſinistra, & bunc dormientis effigie, diſtortis uirinque pedibus. Addit porro: Θάνατόν τε είναι σφας καὶ ὑπνον, οὐδὲ ἀμφοτέροις Νύκτα αὐταῖς τροφόν pueorum unum Mortem eſſe, alterum ſomnum; mulierem illam Noctem utriusque nutricem. Rationem fraternali hujus vinculi, ſalvifica fidei noſtræ conformem ſuggerit Atheniensium Philoſophorum Christianiſſimus, Athenagoras, περὶ ἀναγάσσεως τῶν νεκρῶν. Edit. Theat. Scheldon. p. 240, περὶ τῆς αἰτίας, οἵμας, τινες ἀδελφοὶ τῇ θανάτῳ τὴν ὑπνον ἐμοκαζοῦσι, οὐχ ἄς ἐν τῷ ἀντώνῳ προσοντῇ πατέρον φύνται γενεalogίαντες, ἀλλ' αἱς τῷ ὁμοίων τριθῶν τοῖς τε θανάτοι καὶ ταῖς ὑπνοῖς ἐγγιγνόμενων, ἔνεκα της ἡγεμονίας καὶ τε μηδὲν ἐπαυθίμεσθαι τῷ παρεντῷ, η γνωμένων, μαλλον δὲ μηδὲ τῇ εἰναι καὶ τῆς ιδίᾳς ζωῆς. Quia de cauſa exiſtimo nonnullos ſomnum fratrem Mortis appellatāre, non quod genus utriuſque indicare velint, quaſi ex iisdem majoribus & parentibus ſint nati; ſed quod ſimilia accidunt ſopitis & defunctis, ratione quietis otiumque ſenſuum, quim nihil intelligent de rebus praefentibus, aut que tum ſiant, imo nec ſeipſos eſſe aut uiuere ſentiant. Transilio hic tot Auctorum loca, quibus ſomnus

"Ηδίς. Θανάτῳ ἀγχία τοιοῦτος,

Svavifſimmoſ mortis proxime ſimiliſ,

& gelida mortis imago audiſt; uti vice versa Mors vocatur ſomni imago a Cicer. I. Tuscul. Sufficiat hic adduſiſle, Sacris paginis hanc loquendi formulam haud infrequentem eſſe, uti omnibus liquet: maxime vero Hebrais uſitatum, καὶ ἐν Φημοῖσιν mortem benigniore ſomni vocabulo appellaſte. Et Syris quoque ſolemne eſſe, mori pro dormire ut reddant, probavit Cl. Caninius de Loc. Ebr. N. T. p. 61. Hinc non ſolum Christianis, verum etiam τοῖς ἔξωθεν plerunque obdormire dicuntur, qui poſt pie tranſatam vitam moriuntur; contra mori, qui eō nefarie actam vi-

tam damnantur. Sic Callimachus Epigr. X. pag. 193. Edit. Grævian.

τῆδε Σάον ὁ Δίκαιος. Ακάνθις τερψίν ὑπνον
κομάται. Θυγάτερι μὲν λέγε τές αὐγαστές.

Hac tellure Saon requiescit Acanthus, ortus
Patre Dicone. Mori dicere turpe bonos.

Vbi τερψίν ὑπνον Cl. Vulcanius longum, perpetuum, interpreta-
tur, uti apud Lyricorum principem Horatium :

ne longus tibi somnus, unde
non times, detur.

Vel ut alio loco Romanæ hic fidicen lyræ exprimit:

Ergo Quintilium perpetuus sopor urget.


Vel secundum Moschum: ἔνδοντες ἐν μάλᾳ μακρὸν ἀστέμονα νήσετον
ὑπνον, dormimus valde longum, infinitum, inexcitabilem,
somnum. Decima Musa, Anna Daceria, Tanaquili Filia Fa-
bri, Somnum τερψίν, Callimachum hoc loco nominasse contem-
dit, quia ἐν ἐνσεβέω χάρει διέτεθεν ἀπόθανον. Annotavit porro
foeminarum eruditissima, ad verb. Epigramm. κομάται, κομη-
τηρια communia sepulera dicta. Sic dormitorium etiam pro Se-
pulcro utriusque Plinii vox est. Ἀeschylus ἐμεντονιοι mortui ἔνδοντες
dicuntur, & Lycophron sepulchrum ἐνυαστησιον vocat. Vid. plura
huc facientia apud Excell. Meursium Not. in Lycophron. pag.
200. Elegancissimum Theophylacti Simocati Expraefecti locum,
ex quo Christianum fuisse omnibus palam fit, hic prætermitt-
tere haud possum: sic enim ille in Epist. Ethic. 25. Sosipatri ad
Axioch. ὕπνος γαρ τις ἐστιν ὁ παρ ἡμῖν θεούλευος θεύντος, τε μὲν
ευνέουσι τετε μακροτερος. πρὸς δὲ τὴν μέλλουσαν τημέναν βραχιτοτος.
Somnus enim quidam est, qui fertur apud nos esse Mors, conve-

to quidem longior, ad futurum tamen diem si conferas, brevissi-
mus. Confer. Rom. Subterr. Bosii & Aringhii libr. I. cap. 1. ubi
gazam, e profanis scriptoribus & Patribus collectam, hac de ma-
teria invenies.

Sed hæc de Somno æternali, uti in marmoribus passim in-
scribitur, & ut plurimum figura alata, inversæ faci innixa fin-
gitur, animæ e corpore egressum denotante, dicta sufficiant;
Lethæa quippe papavera, quæ huic diverticulo ansam dedere,
nos in viam revocant, & ad gemmas papavere insignitas, easque

MORTEM

concernentes, dilucidandas cogunt. Morti quippe non minus,
ac aliis Diis, divinos decrevit honores antiquitas, teste Alian. de
Providentia, qui aram Morti dicaram refert, ut qua sit ἡ κονά
ἀναπαντα, καὶ ὁ τελευταῖς ὄρες. Communis quies & ultimus por-
tus, & secundum Philostratum in Vita Apollon. libr. V. cap. IV.
Gaditanοι τὸν Θάνατον μονοὶ ἀνθεφόρων τελονικῶνται, Soli hominum
festis cantibus mortem celebrant. Rationem alibi reddit Apol-
lonius Tyatensis in Epist. 58. ad Valer. pag. 402. Edit. Excell.
Olear. mortem nempe non dolendam, sed colendam & rever-
rendam esse, ὅταν Θεος εἴ τιθέσθαι γένηται, quando Deus ex ho-
mine fit. Sed ad gemmas & quidem, quod illam Leonardi
Augustini, personam, sive Mascheram Symbolicam ipsi di-
cam, concernit, papavere & cycnis exornatam; Mortem deno-
tare eam vir eruditissimus creditit: aptius tamen Somnum, ut sa-
cis a nobis jam probatum, exhibet. Addimus, colophonem tati-
dem imposituri, Cl. Stephanonii Gemmatam, in qua, *papilio, ro-*
ta, urba cum papavere, & in medio posita arce corporis, anima in-
tegumentisque cassa: subjungimus a Stephanonio suppeditatam
Gemmæ interpretationem:



Papilio anne Rota est vitæ fugientis imago?
Vrna rogum, lethi fratrem signatne Papaver?
Obtinuit medium cur? quæ

ULTIMA LINEA RERVM EST.



